









1731

1. Beckius, Caspar Sebastianus : De successione creditorum
2. Beckius, Caspar Sebastianus, Coll. juris Civ. . . . Decanus :
Programma . . . Tutoris Gethoberti Tameri . . . inaugu-
rali Disputationi . . . praemissura
3. Brunnigallus, Jo. Salom. : De variis patronatus acquirendi
modis.
4. Brennius, Wic. Guilielmus : De decimatione delinquen-
tium.
5. Hoerckel, Jo. Ernestus : Programma : De canonico scholastico
quo simul munus professoris juris extraordinarii
--- sibi demandatum nec non lectiones suas ---
semestri aestivo habendas indicat
6. Hoerckel, Jo. Ernestus : De juramento calumniae.
7. Hartmann, Johannes : Programma de abiecti . . .
praemissura Disputationibus publicis . . . super contro-
versis locis compendii Teutoburgiani . . . habendis.

1731.

8. Hübner, Paul Fridericus: Miscellanea de variis
jure mixto. I. Praecognita juris mixta.
- 9² Pertsch, Johannes Georgius: Dissertatio jurisdica,
divisionem operarum in determinatas et indeter-
minatas easumque exactionem sistens 2 Exempl.
1731 - 1748
10. Schroederus, Ju. Christ.: De differentia juris Roma-
ni et Germanici circa commutatum imperium.
11. Stollas, Johannes Christianus: De emendatione Tempore
2 exemplorum

is

s

les

ipl

ma

mp





DISSERTATIO IVRIDICA
DE
IVRAMENTO CALVMNIÆ

Vom
Sydt vor Gefährde.

QVAM
SVPREMI NVMINIS AVSPICIIIS
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
D O M I N O

WILHELMO HEINRICO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, ET RELIQA,
COMITE ETIAM SAYNAE ET WITGENSTEINIIL.

PRÆSIDE

IO. ERNESTO FLOERCKIO,

I. V. D. COMITE PALATINO CAESAREO, PROFESSORE IVRIS PVBLICO,
CVRIAE ITEM PROVINCIALIS SAXONICAE ADVOCATO ORDINARIO
ET ACADEMIAE SYNDICO

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO OMNI HONORIS
ET OBSERVANTIAE CVLTV AETERNVM PROSEQVENDO

IN ALMA SALANA

PRO ILLVSTRI ICTORVM CATHEDRA

AD DIEM XI. APRIL. M DCC XXXI.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

AVCTOR

IO. HEINRICVS KLOTZ, LL. CVLTOR,

LANGENBVRGO-HOHENLOICO-FRANCVS.

LENÆ, LITTERIS HORNIANIS.

REPUBLICA DE AMERICA

TRATADO DE AMISTAD

Entre

los Estados Unidos de America

Y el Reino de España

Y el Reino de Portugal

Y el Reino de Francia

Y el Reino de Inglaterra

Y el Reino de Prusia

Y el Reino de Dinamarca

Y el Reino de Suecia

Y el Reino de Holanda

Y el Reino de España



ILLVSTRISSIMO. ATQVE. EXCELLENTISSIMO.

DOMINO

DOMINO

CAROLO

S. R. I. COMITI. DE. VVIED

DOMINO. IN. RVNCKEL. ET. YSENBURG
ET CET.

SACRAE. CAESAREAE. ET. CATHOLICAE
MAIESTATIS

CONSILIARIO. ACTVALL. INTIMO

NEC. NON

SVPREMI. IVDICII. CAMERALIS
QVOD. WETZLARIAE. EST
PRAESIDI. EMINENTISSIMO

DOMINO. SVO GRATIOSISSIMO

HOC. QVALECVNQVE. SPECIMEN. ACADEMICVM
CVM. VOTO
OMNIGENAE. SALVTIS
VALETVDINIS. IN. SEROS. ANNOS. COMMODIS-
SIMAE
SVCESSVS. IN. REBVS
AD. TOTIVS. GERMANIAE. CIVIVMQVE. VTILL-
TATEM. GERENDIS
PROSPERI. GLORIOSI
IN
HV MILLIMAE. OBSERVANTIAE
ET. PII. AFFECTVS
SYMBOLVM
SVIQVE. ET. STVDIORVM. COMMENDATIONEM
DAT. OFFERT. CONSECRAT
CLIENS. SVBIECTISSIMVS
AVCTOR.

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DISSERTATIONIS


DOMINO AVCTORI

AMICO SVAVISSIMO

PRAESES.

ANnus est, cum ex Academia Giessensi in nostram Sa-
laham te contulisti: a quo tempore præter aliorum
celeberrimorum Doctorum scholas in variis erudi-
tionis partibus, etiam meas recitationes, imprimis Juris Feu-
dalis & Canonici frequentasti, imo per dimidium anni in-
quilius meus mihiq; ita familiaris factus, ut quotidie
mecum versatus sis: quo ipso occasionem nactus sum, ut
Te intimius noscere, indefessumque Tuum ardorem stu-
dendi experiri potuerim. Nolo aliquid de vitæ Tuæ mo-
rumque, qui omnes Tibi faventes reddunt, honestate Tua-
que modestia, dicere. De Tua eruditione & singulari in
studio juris doctrina non leve specimen edidisti in hac
Tua Dissertatione: *de juramento calumniae*, quam proprio
Marte elaborasti, eamque sub meo Præsidio publice defen-
dendam apud animum constituisti. Elegisti thema, quod
primo quidem conspectu tritum & vulgare, sed penitus
intuenti latissimus campus variarum materiarum in omnem
jurisprudentiam diffusus patebit. Et licet non desint præ-
ter Commentatores tam juris civilis, quam juris Canonici, ad
hunc titulum, qui speciales tractatus de hoc argumento scri-
pse-

plerunt, ut ANTONIVS dei RE, FRANCISC. CVRTIVS,
GEORG. OBRECHTVS, GEORG. WERNERVS, & alii,
quorum in hac dissertatione jam mentio facta est, hi tamen
omnes ita comparati sunt, ut aliorum diligentiae multa sup-
plenda, corrigenda & illustranda in hac materia relique-
rint; quapropter non superfluum laborem suscepisti, sed
potius ea, quae apud alios dispersa exstant, cum iudicio,
additaque Tua epicrisi collegisti, inque ordinem redelegisti,
nec non multa ab aliis omissa, scitu tamen necessaria & uti-
lia supplevisti, & cum hoc argumentum in varias Iuris-
prudentiae, tam Civilis, quam Feudalis, Publicae & Cano-
nicæ partes sese diffundat; solidam Tuam doctrinam in sin-
gulis hisce eo ipso abunde demonstrasti, ita ut nullus du-
bitem, hunc tuum laborem apud harum rerum aestimato-
res, præcipue eos, qui studia practica amant, approbatio-
nem inventurum, nec non aliis, imprimis, qui in foro
versantur, utilitatem & adjumentum præbiturum. Non
possum ergo non, quin Tibi de hoc erudito & publico
studiorum Tuorum documento læto animo gratuler,
optemque, ut laboribus & meritis digna præmia & honores
consequaris. Vale & rem Tuam bene gere. Scribe-
bam Jenæ d. 4. April. M DCC XXXI.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

IVRAMENTO CALVMNIAE.



§. I.

Integritatem iudiciorum nostrorum a Præmit-
tuntur
quædam de
integritate
iudiciorum
non inte-
gra. malitia atque protervia litigantium tur-
piter corrumpi tristis eheu! nec satis
deploranda experientia dilucide probat.
Eccè enim quam pauci sunt, qui con-
scientiæ rationem habent, illudque sa-
tis explorant, num sine ejusdem læsio-
ne ad litigandum possint procedere?

Tam actores, quam rei, amicabilis compositionis vel trans-
actionis remedio posthabito, ducuntur ut plurimum spiritu Ubi tam
paries.
A iracun-

iracundo, virulento, hostili, vindictæ cupido: ex qua impura scaturigine non potest non omne genus nequitæ propullulare. Inde calumniosæ lites sæpe moventur, inanes exceptiones opponuntur, falsa narrantur, vera negantur, nimix dilationes petuntur, falsæ probationes instituuntur. Præterea lata sententia per appellationem, aut alia remedia suspensiva, inique interposita, impugnatur, ejusdemque executio impeditur. Quin & in ipsa executione calumnia litigantium haut raro se prodit, adeo ut etiam de re judicata, et iam decisa, moribus, utut perversis, transactio admittatur.

§. II.

Quam Advocati nominantur.

Attamen non solum partes, sed & cumprimis Advocati eorum atro lapillo notandi veniunt. Plerique, nulla selectione habita, cuivis causæ, sive justa sive injusta sit, patrocinium præstant, & saltem quæstus gratia turpi generalitate deblaterant: hinc, *tanquam causarum concinnatores*, ut dicitur *l. 9. §. 2. D. de off. Pro Conf.* materiam litis ultro suggerunt, nutriunt & tandem in forum protrahunt, nequitiam clientis tegunt atque dissimulant, imo facie honestatis induunt, nec factum, eo, quo constat modo, proponunt, sed varias circumstantias aut tacent, aut negant, aut falsant, aut fingunt plane vel somniant. Ad hæc præstigiis & cavillationibus causam involvunt, eamque exceptionibus calumniosis mereque frivolis tueri conantur, convitiis & obtreccionibus scripta implent, jura pessime corrumpunt, & ad sensum repugnantem falsa interpretatione detorquent, absque legitimis impedimentis prorogationes petunt, litemque, quam cito finiri, haud è re ipsorum esse sentiunt, nefandum in modum retardant, testes

stes subornant, falsis instrumentis utuntur; denique prævaricantur: & si quæ sunt aliæ Rabulistarum notæ, quas singulas recensere fere infinitum foret. Nam *qui circa lites morantur, omnia mala novcrunt.* Sic glossa loquitur ad l. 23. C. Mand. lit. u.

§. III.

Igitur solliciti fuerunt iuris nostri conditores, ut integritati judiciorum nimium quantum elanguescenti, & quasi in agone spiritus imbecilles trahenti succurrerent, & propterea tam litigantium temeritatem & inconsideratam audaciam, quam improbe calumniantium malitiam, modo *pœna pecuniaria, modo infamie metu, modo jurisjurandi religione* coërcuerunt *pr. J. de pœn. tem. litig.* Præ his tamen ceterisque coërcendi modis (vid. late BRENCMANN. *de Fatis calumniantium sub Impp.*) *Jurisjurandi religio, scilicet IVRAMENTVM CALVMNIAE,* quod statim sub initio litis ab actore, reo eorumque Advocatis præstandum est, ad excludendam temeritatem malitiamque tam litigantium quam Advocatorum, maxime congrua, maximeque conveniens visa est. Nam licet quis honestate externa metuque pœnarum humanarum non moveatur; movebitur tamen cultu religionis, metuque Divini Numinis, quod ipsum cum in testem & vindicem invocatum sit, sane haud admitturum est, id quasi per ludibrium fieri, verum potius litigatorem pejerantem atrocissimis pœnis persecuturum: Enimvero *Jurisjurandi contempta religio satis DEVM ultorem habet l. 2. C. de Reb. Cred.* cujus rei exempla admodum funesta passim exstant. Deinde Iudex sæpe falli potest; quippe non semper constat, qua mente quid à partibus proponatur, seu, ut clarius rem dixerim, calumnia A committi

*Laudatur
sollicitudo
LLatorum.*

Transitio.

committi potest, ubi nulla tamen subest calumniae suspicio: Quare hoc utique remedio opus fuit, scilicet ut per iuramentum istud, quasi per spiritualementem quandam torturam, etiam tecta calumnia excludatur, atque sic integritas Iudiciorum undiquaque salva praestetur. Ut enim Iudex saepe falli potest: DEVS tamen omniscius, qui & intimos cordis recessus penetrat, falli nulla ratione potest. Cum vero hoc ipsum argumentum inter nobilissimas & frequentissimas Iuris materias non postremum locum sibi vindicet: arbitratus sum, me operam haut male locaturum esse, si in eo explicando ingenii vires exercerem; quod ut ordine atque distincte fiat, agendum erit ante omnia I. DE IVRAMENTI CALUMNIAE origine, definitione & divisione, II. de causa efficiente, III. de subjecto, IV. de objecto, V. de forma & sine, VI. de Effectu, & Contrario: quibus ultimo loco Affine subjungendum est. Faxit DEVS feliciter!

Tractationis dispositio.

§. IV.

Mem-

brum I.

1) De Iur. Cal. origine.

Variae Dd. opiniones recensentur.

Animus itaque est, de IVRAMENTO CALUMNIAE differere: ubi statim primo loco exponendum, unde illud originem trahat? Circa hanc quaestionem inter Dd. non convenit; sed variae variorum coniecturae circumferuntur. Sunt qui tradunt IVSIVRANDVM DE CALUMNIA ipso Iure Divino introductum esse, indeque provocant ad Exod. XXII. v. 8. & II. MENOCH. de Arbitr. Iudic. L. I. Qu. XX. n. 2. SCACC. de Iudic. L. II. c. I. 123. At tale quid asserere nihil aliud est, quam Deum, ut ajunt, ex machina vocare: namque res ipsa loquitur, quod ibi non de IVR. CAL. sed de jurejurando litis decisorio agatur. Sunt alii, qui originem ejus ex Iure Gentium deducunt, SETSER. de Iura.

*Iurament. L. III. c. II. n. 1. I. SAM. STRTK. Diff. de Re-
miss. Iur. Cal. c. I. n. 5. quod generaliter & indefinite con-
cedo: specialiter vero & definite seu formaliter nego. vid.
§. seq. V. Natales alii in Græcia quærent, voluntque u-
sum hujus juramenti ab Atheniensibus ad Romanos tran-
siisse IAN. à COSTA ad §. 1. l. de poen. tem. litig. HIL-
LIG. ad DONELL. L. XXIV. c. III. Lit. E. Atque negari
nequit, quod Romani multa admodum ex moribus Athe-
niensium hauserint. Alii aliter sentiunt.*

§. V.

Decidit hanc controversiam Imp. IVSTINIANVS in *Notra sen-
rentia ex-
ponitur.*
§. 1. *J. de poen. tem. litig. l. 1. in pr. & l. 2. pr. C. de jurej.
propt. calumn. dand. Nov. 49. c. ult. §. 1. ubi se ipsum hu-
ius iuramenti auctorem tradit: quod itidem & affirmari &
negari potest. Nego atque pernego IVSTINIANVM esse
inventorem, primumque IUR. CAL. auctorem, eo nimi-
rum sensu, quasi illud ante ipsius tempora absconditum
planeque incognitum fuerit; postquam constat, quod illud
non solum apud exteras Gentes, sed etiam apud Romanos
jam pridem in usu fuerit, vid. LIV. Lib. XLIV. COELIVS ad
CIC. Ep. 8. add. PLIN. l. 5. Ep. ult. quemadmodum etiam
ipso Iure Digestorum hoc jusjurandum non fuit incogni-
tum, cujus rei haud obscura vestigia passim occurrunt, vel-
uti in l. 8. §. 5. D. qui satisd. cog. l. 6. §. 2. & l. 9. §. 3. de
Edend. l. 44. §. 4. fam. hercisc. l. 15. ad exhib. l. 16. l. 34. §. 4. l.
37. de jurej. l. 25. §. 3. de probat. l. 11. §. 1. de act. rer. amot.
l. 5. §. 14. de oper. nov. nunc. l. 7. pr. l. 13. §. 13. de damn.
inf. l. 15. §. 1. de reb. aut. Iud. possid. & similibus. add.
PAVLVS l. 2. Sent. Tit. I. Pariter ex l. 9. C. de Reb. Cred.
& l. pen. C. quemadm. test. aper. evinci potest, quod iam*

DIOCLETIANI & MAXIM. A. A. tempore, atque sic longe ante Iurisprudentiam Iustinianeam obtinuerit. Interim hoc nihil impedit, quo minus IVSTINIANVM *hujus juramenti auctorem* tradam; *Fussit enim veterem actionem calumnie in desuetudinem abire d. §. 1. f. de poen. tem. litig.* ejusque loco Jur. Cal. substituit, cui certam atque determinatam *solemnitatem, formam, modumque* procul dubio ab antiqua forma hujus juramenti hinc illinc recedentem, præscripsit, plenissimaque autoritate munivit; atque hoc respectu, *cumque forma det esse rei, & à potiori denominatione fieri debeat*, sibi merito hunc honorem vindicat, dicitque *ex sua constitutione* hoc jusjurandum deferri. Atque in hunc sensum ipse Imp. ratiocinatur in *Constit. de Concept. Digest. §. 6. in f. ibi: omnia merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertitur auctoritas: nam qui non subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus invenit.* Compara OBRECHT. *de Iur. Cal. c. III. n. 12.* SETSER. *de Jurament. l. 3. c. 2. n. 1. & seqq. VMM. Disp. ad Process. XII. n. 32.* Alii dicunt, Iur. Cal. apud veteres usurpatum obsolevisse, illudque a IVSTINIANO saltem revocatum esse, VINN. *ad cit. §. 1. f. n. 1.* Alii rursus ita tendunt litem componere, ut distinguant inter Iur. Cal. *generale & speciale*, RITTERSH. *in Nov. P. IX c. XIX. n. 4. seq. GIPHAN. ad tit. C. de jurej. propt. calumn. p. 132.* de priori tradunt, quod Imperatoris creatura sit, non æque de posteriori. Cui sententiæ tamen graviter obstant verba ICII PAULI in *l. 44. §. 4. D. fam. hercisc. Actores & rei jurare debent, non calumnie causa litem intendere, nec calumnie causa ad inficias ire*, quæ procul dubio naturam sapiunt Juramenti Cal. generalis. Equidem excipiunt ad-
versarii,

versarii, latere in ista lege emblemata TRIBONIANI. Sed cum hæc assertio nondum legitime probata sit, verum in pura pura conjectura consistat, merito tamdiu verbis ICTi insistimus, donec evincatur contrarium.

§. VI.

His præmissis pergimus nunc ad *definitionem*. De-2) Definitio autem, secundum doctrinam Logicorum, duplex^{110.} est, alia *nominalis*, alia *realis*; & prius quidem agendum²⁾ *nominalis* erit de definitione *nominali*; nam, quod recte monet VL-PIANVS in *l. 1. pr. D. de I. & I. rei alicujus tractationi operam daturus, ante omnia nosse debet, unde nomen ejus descendat*. Absolvitur hæc definitio *Etymologia*, *Homonymia*, *Synonymia*. *Etymologia* Vocabuli *Iuramenti* in apri-^{Etymolo-}co est, atque sic proluxa explicatione non indiget: sufficiat^{gia.} igitur indicasse, juramentum à *jurando* denominari. Germanice dicitur, ein Eyd, ein Eydschwurb. *Calumnia* vox ortum trahit ab antiquo verbo *calvo* vel *calvor*. vid. VOSSIVS in *Etymol. voc. calumnia*. VVESEN. in *Paratit. Tit. Cod. de juref. propt. calumn. dand. Num. 1.* quod jam in LL. XII. Tab. occurrit, vid. *Fragmenta LL. XII. Tab. Tit. VII. §. 2.* ap. GOTHOFER. in *append. ad Corp. Jur.* & prædicatur de eo, qui *sciens prudensque per fraudem negotium alicui faceffit*, PAVLVVS *Sent. L. I. Tit. V. pr.* vel qui dolose aliquem moratur, frustratur, decipit, latebrasque & effugia quærit; more calvorum eos frustrantium ac decipientium, qui ipsos per capillos capere volunt. NONIVS MARCELLVS de *proprietate sermonis c. I. conf. LL. XII. d. l. junct. l. 233. pr. de V. S.* ibique GOEDDÆI aliorumque annotationes, OBRECHT. de *Jur. Cal. c. I. n. 15. seqq.* Hinc & occasio

occasio in anteriore capitis parte hirsuta depingi solet: in posteriore vero calva: Iuxta verficulum:

Fronte capillata est; posthac occasio calva.

Scilicet, quia primum oblata facile apprehendi potest: at vero semel elapsa, pœnitentia ductos atque nunc demumprehendere volentes frustratur atque decipit, nec amplius se capi patitur. Nobis dicitur: arge List, vel quod frequentius, Gesehrde, RITTERSH. *ad Novell. P. IX. c. 19. num. 3.* Significatio hujus vocabuli varia est. Generaliter denotat quamvis improbitatem & iniquitatem, quæ in judiciis versatur, *pr. proœm. J.* hæc autem infinitis vicibus committi potest, RHETII *Diff. de Calumnia c. I. n. 11.* GOEDD. *d. l. n. 2.* VVESENB. *Paratitl. Tit. Cod. de Jurej. propt. calumn. dand. Num. I.* Deinde specialiter applicatur ad causas criminales, sumiturque pro malitiosa & falsa accusatione, *l. 37. §. 1. de Minor. l. 1. §. 1. Et t. t. D. Et C. ad SCtum Turpill. Strictissime vero dicitur de his, qui pecuniam, ut negotium facerent, aut non facerent, acceperunt. l. pen. Et l. 1. §. 1. D. de Calumniat. §. 25. J. de Act.* SCHILTER. *Ex. X. th. 67.* Sumitur quoque pro callida & malitiosa juris interpretatione. CIC. *lib. I. Offic.* quorsum pertinent verba PAVLI in *l. 19. D. ad exhib.* Non oportere Jus Civile calumniari, neque verba captari, sed, qua mente quid diceretur, animadvertere convenire. MANZIUS *ad Tit. D. de calumniat. n. 2.* Nonnunquam etiam pro mendacio, veluti quando de muliere dicitur, quod per calumniam in possessione fuerit, id est, quod sciens prudensque se prægnantem non esse, nihilominus se prægnantem asseveraverit, atque hoc pacto bonorum possessionem obtinuerit. *l. 1. §. 2. D. simul. ventr. nom. l. 15. Et 16. de his, qui not. infam.* Nobis vero calumnia

HOMONY-
mia.

omnia h. l. nihil aliud est, quam *malitiosa actio vel exceptio*, qua quis alterum divexat & ludificat. l. 39. §. 1. de lib. caus. l. 233. pr. de V. S. c. 4. X. de poen. adeoque non solum de a-
ctore & reo; sed & de ministris litigantium, advocatis ni-
mirum & procuratoribus prædicatur. l. 2. pr. C. de iurci.
propt. calumm. dand. VULTEI. de Iud. l. 3. c. 2. n. 4.
HAHN. ad VVESENB. Tit. de Calumniat. Num. 111. *Sy-Synonymia.*
nonyma sunt: *malitia, dolus, fallacia*, l. 1. pr. & § 2. de do-
lo, *Calliditas*, d. l. 1. pr. l. 11. §. 1. in fin. ad exhib. l. 29. §. 5.
Mand. l. 3. §. 5. de lib. hom. unde commentum calliditatis c.
4. X. de test. cog. Commentum callidum, l. 20. de bis, qui not.
infam. l. 9. de rebus cor. qui sub tut. Item *machinatio* l. 1.
§. 2. de dolo malo l. 23. pr. C. Mandati l. 36. de V. O. Cavil-
latio c. 20. X. de Judic. l. 85. de Cond. & Demonstr. l. 233. de
V. S. Reliqua.

§. VII.

Definitionem nominalem excipit *realis*. Est autem ^{Definitio} ^{realis.} ^{o) realis.}
IVRAMENTVM CALVMNIAE, scilicet non committen-
dæ, sed vitandæ, VULTEI. de Judic. Lib. III. c. II. n. 14.
Germ. der Eyd vor Gesehrde, oder Gesehrde zu vermeyn-
den, *religiosa asseveratio ab utraque parte præstanda, de lite*
sincere & bona fide suscepta, & in posterum quoque sic pro-
sequenda §. 1. J. de poen. tem. litig. l. 44. §. 4. D. fam. hercisc.
l. 2. & Auth. Hoc Sacram. C. h. t. Nov. 49. c. 3. c. 1. X. h. t. Di-
ximus IVRAMENTVM CALVMNIAE esse *religiosam as-*
severationem: non enim sufficiunt qualibet verba, non
sufficit nuda litigantium assertio, quod existiment se bo-
nam causam habere, sed jurisjurandi religio hic adhiben-
da est, *ne facile homines ad litigandum procedant, sed te-*
meritas tam agentium, quam eorum, cum quibus agitur, hoc

B

pacto

pacto coërceatur, pr. J. eod. Diximus porro: *ab utraque parte* hoc iuramentum præstandum esse: quia & actor & reus ita jurare tenetur, infra §. X. id quod mirum videri posset, cum hoc modo necessario perjurium committatur! sed respondeo, iuramentum istud non est veritatis seu certitudinis mathematica, verum credulitatis & opinionis. Sufficit litigantes credere, se bonam causam habere, unde jurant saltem, quod probabilem litigandi causam habeant, & per consequens ille, qui non obtinuit, perjurus dici nequit. SCACCIA *de Jud. L. II. c. I. n. 61.* HUBER. *ad Tit. J. de poen. rem. litigant. n. 2.* conf. §. XXI. *pr.* Denique adjecimus in definitione, *bonam fidem non solum in lite suscipienda, sed & prosequenda adesse debere*: quoniam partes in formula Iur. Cal. specialiter promittunt, quod velint à lite desistere, si in progressu rei controversæ animadverterint, causam vitiosam esse. Vid. cit. §. XXI. n. 7. Sed de his suo loco, ubi per singula capita eundum, prolixior sermo futurus est.

§. VIII.

3) *Divisio.* Circa *divisionem* notandum est, quod Iur. Cal. à VV E-
 2) *In judi-* SENB. in *Paratitl. C. h. n. IV.* dividatur in *judiciale & extra-*
 1) *judiciale & ex-* *judiciale.* Illud dicit, quod in actibus judicialibus; *hoc*
 1) *judiciale.* vero, quod in actibus extra judicialibus locum habet. GI-
 2) *In vetus* PHANIVS in *Comment. ad tit. C. de jurej. propt. cal. n. 2.*
 1) *& novum.* p. m. 134. a. distinguit inter Iur. Cal. *vetus & novum.* Il-
 1) *In gene-* *lud* est, quod jam tempore veteris jurisprudentiæ cogni-
 1) *rale & spe-* *tum; hoc,* quod demum à IVSTINIANO introductum
 1) *ciale.* est. Magis frequentatur divisio in *generale & speciale.* *Ge-*
nerale, quod & simpliciter Iur. Cal. appellari solet, mox in
 exordio litis ab utroque litigantium super tota causa præ-
 statur.

statur, §. *praced.* VII. hujusque auctoritas etiamnum satis ampla est, non solum in plerisque Germaniæ Provinciis, supremisque Imperii Iudiciis, vid. late GIESEBERT. *Pericul. Statut. Art. XIV. n. 11.* sed & in exteris oris: prout de *Italia* res certa est. De *Hispania & Lusitania* idem testatur BARBOSA in *Comment. ad l. 1. § 2 C. b.* quin & in *Suecia* illud obtinere, videre est ap. LOCCEN. in *Tr. de LL. Civ. Suecia p. 343.* In *Saxonia* tamen *Iur. Cal. generale* sublatum & saltem speciale retentum esse, constat. CARPZ. *Proc. Tit. XII. Art. I. n. 7.* Num bene? vid. BRVNN. in *Proc. Civ. c. XV. n. 6.* & infra §. XXIII. Certe TVLDEN. *de caus. corrupt. Iudic. L. IV. c. XIV.* refert remissionem hujus Juramenti inter causas corruptorum iudiciorum. Imo GOEDEN. in *Proc. Iur. Tit. de Lit. Contest. n. 11. § 12.* hanc *consuetudinem diabolicam* dicit. Idemque in *Austria* factum est, REVTTER. *Differ. I. Civ. & Austr. p. 36. n. 111.* In *Porussia* Electorali, BRVNN. *c. l. HOPP. ad §. 1. f. de pœn. tem. litig.* In *Gallia*, BVGNONVS *de LL. per Gall. abrog. L. I. Satyr. 3. REBVEE. ad Constit. Regias, in proœm. gl. 5. n. 50.* in *Polonia*, GIPHANIVS *d. l. p. 132. b.* In *Brabantia*, GVDELIN. *de jure noviss. L. IV. c. VIII. n. 22.* HILLIG. *ad DONELL. L. XXIV. c. III. Lit. E.* In *Flandria*, HILLIG. *d. l. GIESEBERT. c. l. n. 10.* In *Geldria*, SANDE *ad Geldr. consuetud. feud. L. III. c. IV. n. 33.* Sic & in cætero *Belgio* rarum hujus juramenti usum esse, tradunt GROENEVVEGEN. *de LL. abrog. ad §. 1. f. de pœn. tem. litig. n. 3.* LEEVVEN. *Cens. forens. P. II. Lib. I. c. VII. n. 7.* VINN. *ad cit. §. 1. f. n. 4.* Speciale, (quod etiam particulare dicitur, MVLLER *ad STRUV. Ex. XVII. th. 72. not. 7.*) est, quod in qualibet iudicii parte, tam ante, quam

post litem contestatam, super certo causa articulo exigitur: idque in Iure Can. vocatur: *Iuramentum Malitia*, vid. c. 2. §. *fin. b. in 6.* At satis inepte! Malitia enim an quicquam aliud est, quam calumnia? Nobis dicitur: *der Eydt der Bosheit, oder, der Bosheit zu vermayden. Reform. Francof. P. I. Tit. XXIV. §. I. MULLER. d. l. not. d.* Item: *der sonderliche Eydt vor Gesehrde: prout appellatur in der Unter: Gerichts: Ordnung des Erz: Stiffts Mayns. Tit. Vom Eydt vor Gesehrde p. IX.* potestque ex variis causis deferri, de quibus §. XVI. Ut nonnullorum fert opinio hujus iuramenti malitiæ auctoritas ex solo Iure Can. deducenda est. Ajunt enim IVSTINIANVM Jur. Cal. generale & speciale contraxisse, & unum generale inde extruxisse, quod scilicet ab initio semel saltem præstandum sit, viresque suas ad omnes futuros actus iudicii, siue processum, siue merita causæ respicientes, extendere debeat; tum quia in *Nov. 49. c. 3. §. 1.* indeque desumpta *Auth. Hoc Sacramentum*, & *Auth. In isto C. b. t.* conceptis verbis statutum est: *crebro in eodem negotio jurandum non esse, sed sufficere, si litigantes mox in exordio litis juraverint: tum quia speciale Iur. Cal. huic nostro generali simul inest; unde argumentantur: hoc Iur. Cal. generale idem quoque præstare, quod olim speciale; vid. cum primis FRANTZK. ad Tit. D. de iurej. n. 58. & 59. Dn. BOEHMER. in Iure Eccles. Protest. Lib. II. Tit. VII. §. 2.* ubi admodum in Papam invehitur, qui hoc modo contra intentionem IVSTINIANI frequentiam iuramentorum resuscitavit, quam prudens Imperator suppressere voluit. *Imo, quis credidisset, pergit, Papam, Christi sic dictum vicarium, adeo oblitum fuisse doctrinam Christi, qui frequentem iuramentorum usum plane*

Num per
Iur. Cal.
generale,
Iur. Cal.
speciale
sublarum
fit?

plane abolendum censuit? Verum hæc sententia non omnibus placet. Alii enim auctoritatem Iur. Cal. specialis non minus in Iure Civ. quam Can. radicatum esse contendunt; indeque provocant ad *Nov. 73. c. 7.* quæ post *Nov. 43.* lata, & huic itaque præferenda, ubi de calumnia jurare jubetur, qui comparationem litterarum fieri postulat, & *Nov. 99. Leon.* in qua Imp. ab eo, qui alteri juramentum defert, itidem Iusjurandum Calumniæ exigit, seque specialiter fundat in *veterum legislatorum decretis.* Tales autem fuerunt *DIOCLETIANVS & MAXIM.* in *l. 9. C. de Reb. Cred.* itemque *IVSTINIANVS l. fin. C. de fideic.* ex quorum constitutione Iur. Cal. speciale isti imponendum, qui alteri Iusjurandum detulit. *Ad prius* dissentientium argumentum respondere solent, quod cit. *Nov. 43.* cum temperamento aliquo accipienda sit, ita nimirum, ut se quidem recte habeat in thesi, at non semper in hypothesi, hoc est, ut tantum intelligenda sit de casibus regularibus & mediocribus, non autem de casibus irregularibus, & qui sunt magni momenti: Deinde utitur Imperator in *d. Nov. 49.* particula *crebro: crebro,* ait, *in eodem negotio jurandum non esse,* ut nimirum hoc pacto tolleretur nimiam frequentiam & abusum juramentorum: ex quo tamen minime sequitur, Judicis arbitrium prorsus exclusum esse, ita ut nequeat denuo Iur. Cal. exigere, si partis litigantis calumnia evidens sit. *Ad posterius,* quod Iur. Cal. generale saltem ob generales non autem speciales suspiciones deferatur: unde argumentantur, quod denuo deferri queat, si justa causa adest, quæ reiterationem suadet, seu quando nova & specialis calumniæ suspicio emergit; nam hoc casu generale istud non satis videtur, sed hæc specialis calumniæ suspicio per Iur. Malitiæ demum elidenda est: ubi enim quid

in specie exprimi debet, verba generalia non sufficiunt, sed specialia adhibenda sunt *l. 35. §. 2. C. de inoff. test.* quæ prioribus majorem vim & efficaciam habent *l. 15. §. 26. de Injur. l. 25. §. 5. de acqu. hered.* FRANTZK. *c. l. n. 60.* RAVCHBAR. *Quæst. Jur. Civ. & Sax. P. I. Qu. XI. n. 14.* Cæterum Iur. Cal. generale & speciale multis modis differunt. 1) Illud enim, ut modo vidimus, respicit totam causam, indeque generale appellatur: hoc vero unum saltem aut singularem causæ articulum, & propterea speciale audit. 2) Illud tantum præstat in exordio litis §. XVII. hoc tam ante, quam post L. C. § XVIII. 3) Illud semel tantum deferri potest: *Nov. 49. c. 3. Auth. Hoc Sacramentum C. h. t. Hoc sapius*, quoties judici ita visum fuerit. §. XVI. Denique 4) generale illud pertinet ad ordinem & substantiam judicii: §. XXV. §. XXIX. non æque speciale §. XXX. *Conf. Reformat. Francof. P. I. Tit. XXIV. §. 5.*

§. IX.

Causa Efficiens hujus juramenti duplex est; alia *propinqua*, alia *remota*. *Remota* est dispositio Iuris Civ. §. 1. *J. de poen. tem. litig. l. 44. §. 4. D. fam. herisc. t. t. C. de jurej. propt. Cal. Nov. 49. & Nov. 124.* quorum etiam referendæ sunt accessiones Iur. Can. quod binis locis de hoc jurejurando agit, tam in *Decretalibus* GREGORII IX. quam in *l. 6to BONIFACII VIII. Tit. de Iur. Cal.* sed in quibusdam à Constitutionibus Instlinianeis recedit * Itemque

Membrum II.
Causa efficiens,
quæ vel remota est.

* Potissimæ differentie sunt 1) De *J. Civ.* Clerici non jurant de calumnia: bene tamen *J. Can. §. X. J. Civ.* jurandum est sub initio litis: *J. Can.* in qualibet judicii parte præstatio hujus juramenti admittitur. §. XVII. *J. Civ.* jurandum est in persona propria: *J. Can.* admittitur etiam mandatarius. §. XX. *J. Civ.* hoc juramentum semper exigitur: *J. Can.* autem tacite omitti potest. §. XXV. & XXIX.

que *bodierni*, vid. *Ord. Cam. P. I. Tit. LXV. Rec. Imp. de a. 1654. §. 43.* ubi certa forma, certusque modus huic juramento præscriptus est, quem universa Dicasteria Statuum Imp. sequuntur, teste MULLER. *ad STRUV. Ex. XVII. th. 71. not. a. in f.* Propinqua est judex, qui juramentum istud defert vel motu proprio, s. *ex officio*, von *Ambtswege*, gen, oder aus richterlichen Ambt, (ut dicitur in *Reformat. Francof. P. I. Tit. XXIII. §. 5.*) vel *ad partis petitionem* viva voce factam (nam in scriptis facta in Camera potest negligi, *Concept Cammer. Gerichts. Ordnung P. III. Tit. XV. §. 2.* BERGER. in *Oecon. L. IV. Tit. XXI. §. 12. not. 2.* In aliis vero judiciis nihil interesse, an in scriptis, an ore tenus petatur, asserit STRUK. in *Prax. For. c. XII. §. 3.*) Quamvis enim de Iure Civ. Iur. Cal. neque à litigantibus, neque à iudice remitti queat, *sed omnimodo & ab actore & à fugiente* (seu reo) *exigendum sit*, l. 2. §. 4. C. b. quia ad iudicii essentiam & formam pertinet, vid. §. XXV. & XXIX. Illud tamen ex doctrina Iuris Can. inversum est, ita quidem, *ut in tota causa omitti queat, nullaque nullitas inde resultet* c. 1. §. 1. b. in 6. Regula itaque est, *quod hodie Iur. Cal. tunc demum præstandum sit, si à iudice, vel ex officio vel ad petitionem partis fuerit impositum*, per d. R. J. §. 43. Verb. Wenn es entweder die Parthey begehret, und der Richter es darauf erkent, oder auch von selbst von Ambtswegen aufgelegt: *Compara Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIII. §. 1. & 5. Mey. IV. Dec. 164. & P. VII. Dec. 387. BLVM. Proc. Cam. Tit. LXXII. n. 3. Sic Dn. J. Christ. de VFFENBACH c. X. Sect. II. Subsect. II. p. 108. de praxi Iudicii Imp. Aul. refert, quod Iur. Cal. aliter præstandum non sit, quam si opus sit, id est, nisi pars adversa ad specialiter velit.*

vel pro-
pinqua.

velit. Exinde apparet, utriusque juramenti, quoad hunc passum, eandem fere naturam esse. Sicut enim Iur. Malitiæ & exigi, & omitti potest, infra §. XXX. ita quoque Iur. Cal. recte & exigitur, & omittitur *d. c. 1. §. 1.* cum hodie præstatio ipsius arbitrio iudicis relicta sit, §. XXVIII. & falem ad *accidentalia* iudicii pertineat, STRVV. *Ex. IX. th. 70.* Et quemadmodum Iur. Malitiæ a Iudice vel ex officio, vel ad litigantium instantiam imponitur *c. 2. §. ult. b. in 6.* (conf. §. XI.) CARPZ. *Proc. Tit. XII. n. 14. & 32.* DN. BERGER. in *Oecon. L. IV. Tit. XXV. §. IV. not. I. MEV. P. III. Dec. 175.* Sic etiam Iur. Cal. à iudice injungi potest, vel ex officio, vel ad partis petitionem. *Id. P. VII. Dec. 387.* LAVTERB. *Colleg. Tit. de Jurej. §. 82.*

§. X.

Mem-
brum

III.

Subjectum.
1) Iur. Cal.
General.

Consequens jam est, ut *Personas* in hoc jurejurando obvenientes prodire jubeam. (1.) In *Jur. Cal. generali* primo loco se sistant *personæ principales*, ut vocantur in *Auth. Personæ principal. & l. 2. §. 5. C. b.* seu litigatores, *actor* nimirum (ergo & is, qui ex L. *Diffamari* ad agendum provocatus est, MEV. P. III. *Dec. 277.*) & *reus*: uterque enim de calumnia jurare tenetur §. 1. *J. de poen. tem. litig. l. 44. §. 4. fam. hercisc. l. 2. pr. & §. 4. 5. 6. 7. it. Auth. Principales C. b. t. Nov. 49. c. 3. Nov. 124. c. 1. Nov. 90. c. ult. in f. add. c. 1. & 5. X.* cujuscunque sexus & dignitatis, *cit. Auth. & l. 2. §. 1. C. b. N. 124. c. 1.* (vid. tamen §. XIX.) eorumque heredes, si nempe litem velint prosequi, *d. Auth. l. 13. §. 12 de damn. inf. l. 12. pr. C. de Reb. Cred. add. R. I. de a. 1654. §. 18. in f.* licet defunctus jamjam hoc juramentum præstiterit. BRVNNEM. *Jur. Eccles. L. III. c. V. §. 17.* Aliud enim est conscientia defuncti: aliud conscientia heredis. Adhæc nemo animam

animam suam pro altero obligare potest, cum juramentum sit aliquid personale, nec de persona in personam transeat. Si plures sint litis consortes, sufficit unum nomine ceterorum jurare: dummodo mandato speciali instructus sit, MEV. P. I. Dec. 237. LTNCKER *Comment. I. Civ. Tit. de Jurej.* §. 53. Item *Universitates, communitates, corpora, collegia, civitates*, quæ jurant per plurimam aut magis idoneam partem l. 2. §. 5. in f. C. b. l. 19. D. ad L. *Municip. l. 160. §. 1. de R. I.* Hodie plerumque per Seniores, CARPZ. *Proc. Tit. XII. Art. I. n. 35. & P. I. Const. XIII. Def. I. & IV.* quia optimam causæ scientiam habent, l. 14. D. ad *Municip. & l. 97. de Cond. & Demonstr.* quod limitatur, nisi juniores ex universitate naturam negotii magis cognitam, magisque perfectam habeant, ubi Senioribus præferuntur. *Id. P. I. Const. XIII. Def. II.* Aut per Syndicum, BERLICH. P. I. *Concl. XXXI. n. 23. VVESEN. b. n. VI.* qui tamen in Saxonia repellitur, BRVNN. *Proc. Civ. c. XV. n. 10.* habet enim Syndicus se instar mandatarii seu procuratoris, quem Fora Sax. nunquam ad jurandum admittunt, vid. infra §. XX. (a) Monasteria jurant per *Oeconomum* aut *Syndicum c. 4. §. 6. X. b.* & quidem in propriam animam jurantes, si causam omnino non nesciant, c. 3. eod. BOEHMER. *J. Eccl. Protest. L. II. Tit. VII. §. 4.* Porro *tutores & curatores, Auth. Principales §. 6. C. b.* non autem pupilli & minores eorum §. XII. in f. Scilicet quia ipsi ex administratione rerum pupillorum vel minorum, de justitia causæ, utrum bona vel mala sit, magis instructi esse possunt & debent, vid. l. 2. §. 2. C. b. *Defensores, Oeconomi, Orphanotrophi, negotiorum gestores, Curatores Bonorum*, omnesque qui legitimam rerum alienarum administratio-

C

nem

nem gerunt, *d.l. 2. §. 2. & 3. it. c. 3. & c. 4. X. eod.* RITTERSH. *ad Nov. P. IX. c. XIX. n. 8.* MVLLER. *ad STRUV. Ex. XVII. th. 73. not. n.* LTNCKER. *l. c. §. 69.* Unde & pater, qui nomine filii de peculio adventitio agit, vel excipit, jurare debet: Ipse enim, non filius, hujus peculii legitimus administrator est, *l. 6. §. 2. C. de bon. qua lib.* MVLLER. *c. l. not. n.* SICHARD. *ad l. 2. §. 2. C. b. n. 1.* Præterea Clerici *c. 4. c. 5. & c. fin. X. b. it. c. 1. §. 2. eod. in 6.* BRVNN. *J. Eccles. L. III. c. V. §. 14.* LVDOVICI *Consistorial-Proceß c. XV. n. 11.* Aliud dicendum erit de J. Civ. ob constitutionem MARCIANI in *l. 25. §. 1. C. de Episc. & Cler.* & HENRICI II. qua Clericis omne jusjurandum, & sic etiam jusjurandum de calumnia remissum est. Refert hanc constitutionem HENRICI, HONORIVS II. *d. c. 1. X. b.* & LINDENBROG. in *Cod. LL. antiq. L. II. LL. Longobard. tit. 47. l. 11. Conf. Capitular. CAROLI M. ap. STEPH. BALVZIVM p. 360. n. 20. GVNDLINGIAN P. IV. Obs. I. DN. BOEHMER. Jur. Eccles. L. I. Tit. XII. §. 21. DN. PRAESES in Observat. ad SCHILTERI instit. jur. eccles. L. I. Tit. V. §. 17.* Sed sustulit eam BONIFACIVS VIII. in *c. 1. §. fin. b. in 6.* nec absque ratione. Licet enim alioquin ob religionis & pietatis professionem (seu potius ob nimiam superstitionem) fortior præsumptio pro Clericis, quam quidem pro aliis militaverit, quod nihil perverse nihilque calumniose agerent, adeoque turpe videretur, hujusmodi personas in calumnia suspicionem vocare: Experientia tamen, fida omnium rerum magistra, edocuit, quod etiam in causis spiritualibus frequenter calumniati sint: ut est cit. *c. 1. §. 2. b. in 6.* Huic itaque vitio satis nefando, & homine cumprimis Clerico minus digno Pontifex frenum injecit, constituitque, ut itidem de vitanda calumnia

calumnia jurare debeant. *Sic novis morbis nova conveniebat preparari antidota c. 5. X. b. tit.* Denique *Advocati utriusque partis §. 1. J. de poen. tem. litig. l. 14. §. 1. C. de Jud. l. 2. pr. & §. 4. C. b. t.* ubi Imp. peculiariter distinguit *juramentum principalium personarum & advocatorum*, vultque nec his, nec illis juramentum hoc remittendum esse. add. *Nov. 90. c. ult. in f. DONELL. Comment. de J. Civ. L. XXIV. c. 3. n. 40.* Itemque *Procuratores, c. 2. §. 1. b. in 6. Rec. Imp. de a. 1654. §. 43.* ibi: *Über dieses verordnen wir, daß eine jede Parthey, wie auch deren Procuratores und Advocaten &c. BLVM. Proc. Cam. Tit. LXXII. n. 7. Dn. de VFENBACH de Jud. Imp. Aul. c. X. sect. II. subsect. II. p. 108. a. VMM. Disp. XII. n. 36.* Idque propterea necesse est, quia magis, quam ipsi principales calumniari norunt, & nisi hac jurisjurandi religione calumnia eorum coërceretur, possent omnium, etiam pessimarum rerum patrociniū in se suscipere. Verba refero *VVESEN. ad C. b. Num. VI.* quibus gemina sunt, quæ habentur *in Reformat. Francof. P. I. Tit. XXIV. §. 1.* ibi: *Es mögen unsere Schöffen auch der verdächtigen Parthey Juramentum Malitiæ aufserlegen, und nicht allein der Partheyen, sondern auch deren Procurator und Anwalbt, so vermuthlich darzu anstift und hilfft: Nach dem oftmahls die Partheyen die gefehrlichen Aufzüge und Handlungen für sich selbst nicht wüßten, wenn sie durch ihre Advocaten und Procuratorn nicht darzu angewiesen würden.* Item in der *Eisenachischen Proceß-Ordnung Tit. XII. §. 1.* Verb. zu welchen vergeblichen und bößhaftigen Streiten oder auch Verschleiffungen, bißweilen theils Advocaten, oder so sich des Advocirens anmaßen, ziemlich Anlaß geben. *Et quidem jurare debent in singulis causis, tit. II. neque e-*

nim sufficit juramentum generale, sub initio officii præstitum, vulgo *der Advocaten Eydt*, BRVNNEM. *in Proc. c. XV. n. 9.* MEV. *ad J. Lub. L. V. T. II. Art. V. n. 9.* Ratio est: ne obscuretur aliquando per oblivionem sacramenti semel præstiti memoria, & ut singulis causis eandem debere fidem, commoneantur, ZIEGLER. *Rabulist. c. VIII. §. 7.* Attamen in plerisque Dicasteriis hoc juramentum officii satis visum est, ut ergo superfluum sit, in singulis causis Jur. Cal. ab ipsis exigere BRVNN. *ad l. 2. C. b. n. 2. seqq.* GVDE-LIN. *de Jure Noviss. L. IV. c. VIII. n. 22.* In *Hollandia* receptum est, ut Juramentum Advocatorum quotannis, statis temporibus, renovetur, VINN. *ad §. 1. J. de poen. tem. litig. n. 4.* HVBER. *ibid. n. 2.* idemque Noribergæ servari tradit STRTK. *in Diff. de Conscientia Advocati c. IV. n. 5.* Præterea etiam à *successore Advocati* Jur. Cal. repetendum est, BRVNN. *J. Eccl. c. I. BLVM. Proc. Tit. XLVIII. n. 55.* vid. R. I. *de a. 1654. §. 118.* Quin etiam *procurator ex officio datus*, hoc jusjurandum subire tenetur: LAVTERBACH *Colleg. Tit. de Jurej. §. 83.* non quidem quoad merita causæ, ejusque justitiam vel injustitiam; sed quoad alia hujus juramenti capita, ipsum processum judicarium, piique & religiosi Advocati officium concernentia, veluti, quod litem sine calumnia gerere velit, nec falsam probationem adhibere, aut superfluas dilaciones exigere, GAIL. I. *Obs. 88.*

§. XI.

2) *Jur. Cal. Specialis.*

Hæc de Jur. Cal. generali. (2.) In speciali occurrunt (a) *deferens*, qui est vel *pars alterutra*, atque sic interdum actor à reo, interdum vero reus ab actore hoc jusjurandum exigit: vel *ipse judex*, cui etiam ex officio Jur. Mali-

Malitiæ deferre integrum est, *c. 2. §. ult. h. in 6. Ord. Cur. Prov. Jenens. c. XXIV. §. 1.* is, cui *desertur*: de qua materia §. IX. jam quædam egimus. Non solum autem parti, sed etiam *Advocatis* hoc juramentum injungi potest. *Reformat. Francos. P. I. Tit. XXIV. §. 1. §. Eisenach. Proceß-Ordnung Tit. XII. §. 1. Ord. Cam. P. I. Tit. LXXIV.* Imo licet, in quibusdam Judiciis, ut vidimus sub fin. §. *præced.* Advocatis Ordinariis ob juramentum officii semel præstitum Jur. Cal. generale remittatur; non tamen propterea etiam à Jur. Malitiæ exempti sunt, *LTNCKER. Resp. CLXXXVIII. n. 58. seqq. Ill. Dn. de LVDOLF Comment. de J. Cam. p. 316 n. 50.* Singulare tamen est in *Ord. Cur. Prov. Jenens. c. 1.* qua Advocati Ordinarii non solum à generali, sed & speciali Jur. Cal. eximuntur, & nonnisi eo casu, ubi nondum jurati sunt, Jur. Malitiæ ipsis deferri potest.

§. XII.

Quod autem supra §. X. *pr.* traditum est, utramque *Excipiuntur* partem jurare debere, illud limitationem admittit: nam ^{*tur*} qui regulam ponit, exceptiones haud excludit. *Excipiuntur* ^{*parentes & patroni.*} *tur* autem, quibus honor & reverentia debetur: inter quos primum locum occupant *parentes* atque *patroni*, in causis, quas cum liberis ac libertis suis habent, *l. 8. §. 5. qui satisd. cog. l. 16. de Jurej. l. 7. §. 3. & 4. de obseq. parent. & patron. præstand. l. 13. §. 13. & 14. de damn. infect. BRVNN. Proc. Civ. c. XV. n. 13. CARPZ. P. I. Const. XII. Def. XXIV.* Ratio est: quia is, qui jusjurandum de calumnia exigit, objicit suspicionem quandam calumniæ; hanc vero parentibus atque patronis objici nimis durum certe ac inverecundum est,

propter reverentiam, quæ parentibus (seu ob *paternam venerandiam*, ut est in *l. 5. C. de dolo*) & patronis debetur; parentibus quidem ob vitam naturalem, multaque beneficia a teneris in liberos collata; patronis vero ob vitam civilem, scilicet libertatem, tanquam rem *infinitæ estimatio- nis l. 176. §. 1. & l. 106. de R. J. FABER. in Ration. ad l. 34. §. 5. de Jurej. unde liberis & libertis semper honesta & sancta persona patris ac patroni videri debet, l. 9. de obseq. add. l. 1. pr. & l. 7. §. 4. cod. STRYK. Diss. de Jure Reverent. ejusque effect. special. Membr. VII. n. 11. seqq. Qui vero cum BARTOLO ad l. 34. §. 4. D. n. 11. de Jurej. exinde concludunt, quod liberis & libertis vicissim hoc jusjurandum calumniæ remitti oporteat, ad æqualitatem inter eos servandam, nugas agunt. Namque argumentum a servanda æqualitate desumptum non stringit. Longe siquidem dispar harum personarum ratio est, cum non perinde parentes patronique reverentiam aliquam liberis libertisque debeant, atque liberi libertique parentibus & patronis; alioqui Titulum illum *Pandect. de obsequiis parentibus & patronis præstandis* sic concipi oportuerat, ut adderetur: *& contra*, si qua inter hujusmodi personas servari æqualitas deberet; quod tamen ridiculum fuisset, vid. FABER. *d. l.* Cum igitur cesset in liberis legis ratio, cessare quoque debet ipsa legis dispositio, scil. hujus juramenti remissio, *per vulg.* Taceo, quod de liberis leges deficient: nam LL. cit. diserte agunt tantum de parentibus, nunquam de liberis. GIPHAN. *ad Cod. b. t. p. m. 136. a. VMM. Diss. XII. n. 38.* Sine legibus autem nihil asserendum, juxta Brocardicum illud ex *Nov. 18. c. 5. pr.* desumptum: *Erubescit Jctus sine lege loqui.* Hic tamen pleno ore nobis contradicere vide-*

Diluitur,
objectio

videtur VLPIANVS in l. 34. §. 4. de Jurej. ubi disertis ver-^{ex l. 34. §.}
 bis pronunciat: *hoc jusjurandum de calumnia neque pa-^{4. de Jurej.}*
trono, neque parentibus remittitur. Verum lectio ista pro-
 cul dubio vitiosa est; indeque CVIACIVS in IVLIO PAV-
 LO l. III. p. m. 46. Lit. D. Edit. Paris. de a. 1658. vocat eam
portento similem: quare negatio ex h. lege tollenda est, &
 pro vocabulo *neque* substituendum *aeque*, ita nimirum, ut
 hoc juramentum *aeque patrono aeque parentibus*, seu, ut ma-
 vult FABER l. c. *aeque patrono atque parentibus remitten-*
dum sit, vid. GOTO FRED. ad d. l. 34. not. p. CVIAC. Obsl
 IX. 37. Atque ita legendum esse probatur (1) ex omnibus
 adductis textibus, in quibus directo contrarium asseritur.
 Iam vero absonum foret, ob unicam legem obstantem plu-
 res leges mutilare: imo potius Regulam observare conve-
 nit: *Leges ex legibus sunt declaranda, & leges legibus sunt*
concordanda, KLEINSCHMIDT Praecogn. jurisprud. Tract.
 IV. Sect. VI. n. 11. Maxime si perpendamus (2), quod VL-
 PIANVS plurimarum istarum legum autor sit: indeque
 cum tribus diversis locis, scilicet l. 16. de Jurej. l. 7. §. 3. &
 4. de obseq. & l. 13. §. 14. de damn. inf. contrariam senten-
 tiam proposuerit; probabile admodum fit, errore scriben-
 tis & manu inepta d. l. 34. esse vitiatam. Ecquis enim ad-
 duci posset ad credendum, hunc summum Ictum adeo
 evidenter sibi contradixisse? OBRECHT. c. V. n. 22. STRYK.
 de Remiss. Iur. Cal. c. II. n. 35. Etenim *omnis interpretatio*
(juxta praecipuum hermeneuticum) ita instituenda est, ne
quis sibi contradixisse temere videatur. (3) Faciunt quoque
 pro nostra sententia Libri βασιλικῶν L. XII. Tit. V. l. 34. §. 3.
 edit. FABROTI Paris. 1647. Tom. III. p. 128. in quibus ita
 scriptum est: ὁ ἐπάγων πρῶτον εἰμυσε τὸν περὶ συκοφαντίας, ἐὰν
 εἴται

ἀπαληθῆ, ὅτι ἐν ὁμοίᾳ πατρὶς, ἢ πατρὸν, hoc est, vertente FABROTO: qui jusjurandum defert, prior de calumnia jurat, si exigatur, quod non prestat pater aut patronus. Ubi simul in Scholiis Lit. K. p. 162. ratio subjungitur: Ascendentes & patroni nunquam jurant de calumnia, quia turpis suspicionis amovendæ causa suscipitur, hoc est, quod calumniatores non sint. Itemque 4) editio vulgata, quæ sic habet: hoc jusjurandum de calumnia æque patrono & parentibus remittitur, FABER d. l. VVISENBACH. ad l. 2. §. 4. C. b. PACIVS Legum conciliat. Cent. III. n. 83. cum qua & convenit editio HOLOANDRI Norica, SETSER. de Jurament. L. III. c. III. n. 42. STRUV. Ex. XVII. tb. 73. itemque editio Hervagiana, Basl. 1541. fol. atque hanc lectionem affirmativam in duobus manuscriptis se invenisse scribit OBRECHT. d. l. n. 19. & HILLIG. ad DONELL. L. XXIV. c. XXI. Lit. D. ibique alleg. quod idem de se quoque tradit PACIVS, citante STRUVIO d. l. conf. de GREVE ad Pandect. loca difficil. Ex. XI. §. 16. Neque me ferit, quod objici posset, hanc lectionem negativam in ipsis Pandectis Florentinis, quæ vulgo reliquis editionibus præferuntur, deprehendi: nam & Codex Florentinus suis navis laborat, vid. FABER Conject. L. I. c. XIV. n. 1. Dn. BÖHMER. in Diff. de scriptur. non legibil. c. II. §. 2. & II, MAVRITIVS de libris Jur. Communis §. IX. adeoque nimis religiosi sunt, qui ab hujus auctoritate ita dependent, ut nullibi eum emendari patiantur. Novissime tamen laudatus Dn. BÖHMER in J. Eccl. protest. Lib. I. Tit. XXXII. §. 49. aliam enodationem hujus legis, & quidem absque lectionis immutatione, suppeditat, qua dict. leg. in eum sensum explicat, ut non quidem liberi & liberi, bene tamen judex à parentibus & patronis hoc jusjurandum

randum possit exigere; atque hoc respectu ibidem recte affirmatur: *hoc juramentum neque patrono neque parentibus remittitur.* Nam aliud est, inquit, an liberi & liberti illud exigere possint, quod negatur *l. 16. de Jurej.* aliud vero, an ita remissum sit parentibus & patronis, ut judex ex officio ab illis hoc juramentum exigere nequeat: atque hæc ipsa quæstio deciditur in *cit. l.* neque enim judici id prohibitum dici potest, quod interdum litiganti ob respectum reverentiæ interdicitur. Suum cuique judicium esto, num forsan hæc interpretatio verbis aut menti Jcti conveniens sit? Id tamen negari nequit, quod Judex etiam à parentibus hoc juramentum possit exigere: eo nimirum casu, ubi constat, filium à patre malitiosa lite divexari, STRYK. *de Remiss. Jur. Cal. c. II. n. 55. seqq. ibique Dd. alleg.* Ratio enim remissi juramenti consistit in *presumptione juris*, quod parentes cum liberis nihil calumniose acturi sint; quæ præsumptio tamdiu suo effectu gaudet, donec de contrario non constat: namque *veritas prævalet presumptioni*, CARD. TVSCH. *Pract. Concl. Tom. VI. Lit. P. Concl. 612. Aliam h. l. 34. explicationem, missa correctione textus, tradit GIPHAN. ad C. b. p. 130. STRUV. Syntagm. Jur. Feud. c. XI. Aph. 3. n. 5. Aliam porro PAGENSTECHER. ad. L. IV. J. Tit. de poen. tem. litig. aph. 114. Aliam insuper FORNERIVS L. II. Select. c. IV. in f. STRYK. c. l. n. 46 seqq. Aliam LYNCKER. in Analect. ad STRUV. Jus Feud. l. c. Aliam denique GONZALEZ TELLEZ ad c. ult. X. de Jur. Cal. num. 6. sub fin. quas singulas opiniones recensere, instituti ratio prohibet. Conf. MENCKEN. in speciali program. ad d. l. 34. §. 4. de Jurej. Sed quid dicendum est de famulis nostris: num hi dominis suis Jur. Cal. deferre possunt?*

D

Distin-

De famulis
nostris.

Distinguit MEV. P. III. *Dec. 278.* inter famulos* domesticos, interque eos, qui alteri non ut domino ministerium præstant, sed ut conductori operas locant. Ratione illorum decidit, quod dominis Iur. Cal. deferre nequeant; At ratione horum admittit hujus juramenti delationem. add. MULLER. *ad STRUV. Ex. XVII. th. 33. lit. d. Not. 7. BRVNN.*

2) Domini
feudi &
vasallus.

ad l. 16 de Jurej. n. 7. Porro excipitur (2) Dominus feudi 2. *Feud. 33. §. 1.* ROSENTHAL *Synops. Jur. Feud. c. XII. Concl. XIII. n. 58.* STRUV. *Syniagm. Jur. Feud. C. XI. Aph. III. n. 5.* Ratio hujus rei itidem quærenda est in vinculo reverentiæ & honoris, quo vasallus domino feudi obstrictus est, quodque omnem metum & suspicionem calumniæ à domino procul removet, STRYK. *Exam. Jur. Feud. c. XXV. qu. 17. Id. in Diss. de Jure Reverent. ejusque effect. special. Membr. VII. n. 8.* Similiter nec dominus à vasallo suo hoc juramentum potest exigere. Sic enim Feudista l. c. loquitur: *Quod etiam à parte domini intelligendum est: ut quod quisque juris in alium statuit, ipse eodem jure utatur.* Verum hæc ratio inadæquata est: Namque regula: *quod quisque juris in alterum statuit, eo ipse uti debet,* tantum intelligenda est pro subtrata materia, ubi nimirum eadem est personæ conditio, atque proinde fallit, quando conditio ista deficit. *Deficiente enim personæ conditione, deficit quoque beneficium l. 68. de R. J.* Jam vero deficit in vasallo personæ conditio, cum reverentia non sit reciproca, ergo & ipsum beneficium deficere deberet HILLIG. *ad DONELL. L. XXIV. c. XXI. Lit. G. LVDOVICI Rehn-Proceß c. XII. §. II.* Quare genuina ratio potius quærenda est in singulari ista & arctissima, quæ inter Dominum & Vasallum intercedit, conjunctione (vid 2. *Feud. 53. pr.*)

mutua.

mutuaque fide & obligatione qua utrinque omnem calumnia atque vexationis suspicionem tollit. Conf. BITSCH. in *Comment. ad 2. Feud. 33. §. 1. p. 588.* HORN. *Jurisprud. Feud. c. XXV. §. 19.* (Vasalli tamen inter se litigantes de calumnia jurant, §. seq. XIII.) Atque huc etiam referendi sunt 3) *Electores, Principes Statusque Imp.* quod idem quoque ob prerogativam principalium ad eorundem Consiliarios extenditur: dummodo non sint titulares, sed actu tales, verpflichtete, wirkliche Rätthe, vel ut RODING. L. III. T. XXX. §. 92. loqui amat: besoldete, gebrödete Rätthe; neque peragant causas proprias seu privatas (quoad has enim à præstatione Iur. Cal. non eximuntur MEV. P. V. *Dec. 237.*) vid. R. I. de a. 1654. §. 43. ibi: Darvon jedoch der Churfürsten und Ständen verpflichtete wirkliche Rätthe, so viel ihren Herrn Rechtfertigungs-Sachen betrifft, zu excipiren etc. BLVM. *Proc. Cam. Tit. LXXII. n. 19.* MYLER. ab Ehrenbach *de Principibus & Statibus Imp. P. I. C. XX. n. 4.* Interim illud certum est, quando cum subditis aut Vasallis Principis agitur, vid. KLOCK. *Vol. III. Conf. 191. n. 44. 45.* MEV. P. III. *Dec. 191. n. 1.* MYLER. *d. l. n. 5.* An vero idem obtineat, quando cum non subdito seu extraneo, aut alio Principe res est, hæsitat NIGER. *Controv. For. L. I. Contr. XIII. n. 21. seq.* sed per benignam interpretationem, & observantiam summorum judiciorum Imp. omnino dicendum est, ne hoc quidem casu Principi, aut ejus Consiliariis Iur. Cal. esse deferendum, MEV. *cit. Dec. 191. n. 1.* OBRECHT. *c. VIII. n. 13.* STRYK. *de Remiss. Jur. Cal. c. II. n. 78.* Noviter tamen a 1723. Serenissimo Duci Saxo-Isenacensi, IOHANNI WILHELMO, gloriosæ memoriæ, de

hac exemptione controversia movebatur. * Nam cum restitutionem in integrum peteret, a Iudicio Cam. Iur. Cal. ipsi injungebatur. Verum Sereniss. Dux Isenacensis in singulari Memoriali d. 28. Jul. & denuo d. 17. Dec. e. a. in Comitibus

* Omnino h. l. notari meretur, quod LUDOVICO, Duci Bavarie, lineæ Ingolstadtensis, in causa litigiosa successione contra HEINRICVM Ducem Landshutanum ab Imp. SIGISMUNDO ex consilio Principum Iur. Cal. fuerit impositum. Nam cum hactenus varias inanes exceptiones ad eludendum Iudicium Cæsaris opposuisset, terminum circumduxisset, demum vero in termino prorogato comparuisset, novamque prorogationem petiisset, *wenn er doch sein register noch seine briffe nit bei Im hatte, der er genissen mochte und notdurfft were, consultabat Imp. SIGISMUNDVS, in iudicio Principum, numquid propitio jure nova dilatio ipsi concedenda sit? ubi respondebant Principes: wer das sach, das herzog Ludwig mit aufgereckten vingern leiplich zu gote und den heiligen swe-ren wolte, das er den vorzug von rechter notdurfft wegen begerte on alle geverde, Doryme dete er das, so solte mon ymine den vorzug billichen geben, und mon solt Im den ait zu dreien malln furlesen an dem nesten gericht tage, wann der Konig zu gerichte seffe. vid. EBERHARD. VVINDECKII Histor. Imp. SIGISMUNDI c. LX. ap. MENCKEN, Scriptor. Rer. Germ. Tom. I p. 1120. seq. Reperi etiam in Ord. Cam. Imp. Wormat. de a. 1495. Tit. VI. quod Status Imp. isto tempore à præstatione Iur. Cal. nondum fuerint immunes. Sic enim ibidem conceptis verbis constitutum est: Item, wo Fürsten, Prælaten, Grafen, &c. durch ihre Anwälte, oder Bedner in ihren selbst Sachen wolten reden oder handeln, das sollen sie zu thun Macht haben, doch daß dieselbe geloben und schwörent de calumnia & malitia vitanda prout de jure. Quod idem repetitur in Ord. Cam. Augustan. de a. 1555. p. 1. tit. 25. Verum per R. I. ult. exemptio Statuum factis stabilita,*

mitiis Ratisb. exhibito, immunitatem Principum strenue defendit. vid. FABRI *Stat. Cantley*, Tom. XLIV. c. XVII. & Tom. XLV. c. XI. quod privilegium prolixius demonstratur in peculiari scripto, cui titulus: Ob Ehr- und Fürsten des Reichs nicht weniger als andre Partheyen das Jur. Cal. bey dem Kayserlichen und Reichs-Cammer-Gericht, wann von ihnen contra sententias ibi latas restitutio integrum gesucht wird, dem Cammer-Gerichtlichen Ansuchen zu folge, abzuschwöhren schuldig? ap. cit. FABR. T. XLIV. p. 652. Adde *Acta Compromissi Francofurt. in causa Ducissæ Aurelianaensis contra El. Palat. p. 230. seqq.* At vero *Præfectos*, seu *Officiales Principum* (die Amptleute) à præstatione hujus juramenti non esse immunes, communiter tradunt. MEV. d. I. & P. IV. Dec. 113. BRVNN. I. *Eccl. L. III. c. V §. 16.* Id. *ad l. 16. D. de Jurej. n. 6.* MVLLER. ad STRUV. Ex. XVII. th 73. lit. e. not. 2. Præterea 4) qui ex 4) *Fiscalis.* officio agunt, veluti *Fiscalis*, quippe quem officii necessitas satis superque excusat l. 5. §. 13. *D. de his, que ut indign.* MEV. P. VI Dec 138. GAIL. I. *Obs 90.* MTNSING. I. *Obs 74.* unde illud: *calumniari is non presumitur, quem officii necessitas excusat.* BARBOSA L. III. c. V. *Axiom. 2.* MENOCH. *de Arbitr. Jud L. II. Cas. 321. n. 21.* Accedit, quod representent personam Principis, HARPPRECHT. *ad §. 1. J. de poen. tem. litigant. n. 49* & quod sub initio officii jura- verit, HILLIG. *ad DONELL. L. XXIV. c. III. lit. L.* BRVNN. I. *Eccl. c. I. §. 14.* Sed vid. *Illustr. Dn. de LVDOLF in Comment. de Jure Cam p. 453. sub f & p 454. add. STRYK. c. l. n. 44. cum seqq.* GREVEN. l. 1. *Concl. 90. n. 6.* SVRDI *Dec. XVIII n. 1.* Denique 5) quædam personæ non tam ex- 5) *Mente capti, furi- osi, insan- furiosi, res &c.*

furiosi, surdi & muti natura tales. OBRECHT. c. V. n. 10. STRTK. c. II. n. 93. *seqq.* Item *pupilli & minores*, quorum nomine jurant tutores & curatores. Supra §. X. Limitationem vid. ap. SEFSER. L. III. c. III. n. 35. MVLLER. ad SRTUV. c. I. not. 3.

§. XIII.

Mem-

brum IV. *Objectum*
1) *Jur. Cal.*
general.
Præstan-
dum est
Jur. Cal.
in omnibus
causis.

Pergimus ad *causas*, in quibus hoc jusjurandum exhibitur. *Regula* est, quod in *omnibus causis* præstandum sit, nam verba l. 2. *in pr.* & §. 4. C. b. t. l. 14. §. 1. C. de *Jud.* Nov. 49. c. ult. & N. 124. c. 1. itemque c. 2. §. fin. b. in 6. satis clara sunt: accedit, quod in omnibus litibus calumnia committi queat, unde admodum consultum erit, beneficio hujus remedii judicia ab omni prava libidine purgare, & litigantium calumniam ubique coërcere. Neque hic distinguitur, utrum causa *parvi*, an *magni ponderis & momenti* sit, utrum agatur coram *judice ordinario*, an *delegato*, vel *compromissario*, d. l. 2. §. 4. C. b. & l. 14. §. 1. C. de *Jud.* VMM. *Disp.* XII n. 45. VVESENBEK. *in Comment.* ad C. b. t. N. VII. utrum causa sit *ordinaria* vel *extraordinaria*, sive *summaria*, ubi proceditur *de plano*, ac *sine strepitu & figura judicii*, ll. *cit.* & *Clem. Sape*, §. *Citationem*, de V. S. BERLICH. P. I. *Concl.* XXXI. n. 8. MENOCH. L. I. *Arbitr. Jud.* Qu. XX. n. 2. BRVNN. c. XV. n. 14. Excipiunt tamen causas *possessorii summarissimi*, GAIL. I. *Obs.* VI. n. 3. LVDOVICI *Civil-Proceß*, c. II. §. 2. Itemque causas *notorias*, quæ nullam probationem desiderant, OBRECHT. de *Jur. Cal.* c. VIII. n. 24. VMM. d. l. n. 48. HILLIG. ad DONELL L. XXIV. c. III. *Lit. G.* Neque porro refert, utrum causa *principalis* sit, vel *accessoria*, seu *incidens*. Interim

terim si causa incidens principali cohæreat, & super causa principali hoc jusjurandum jam præstitum sit, super incidenti denuo haud est jurandum. OBRECHT. *d. l. n. s. VMM. n. 45.* sicut nec hoc refert, num agatur *conventionè* aut *reconventionè*, VMM. *d. l. HARPPRECHT. ad §. 1. J. de poen. tem litig. n. 63.* Juratur porro in causis *feuda- feudatibus.* *libus*; quando nimirum inter pares Curia, seu Con-Vassallos res est. VULTEI, *de Feud. L. II. c. III. n. 10.* LVDOVICI *Lehn-Proceß, c. XII. §. 4.* HORN. *Jurisprud. Feud. c. XXV. §. 19.* Etenim jure feud. Vassallis inter se litigantibus Iur. Cal. nusquam remissum est, adeoque dispositioni juris communis recte insistimus, *arg. 2. feud. 1.* Itemque in causis *spiritualibus*, iisque annexis, veluti si agatur de de-*spirituali-* *bus.* *cimis*, de jure patronatus & similibus, vid. *c. 1. §. ult. h. in 6to.* LVDOVICI *Consistorial-Proceß, c. XV. §. 11.* quod olim secus erat: *nam tales cause non ex legum distinctione* (ex quibus Iur. Cal. originem trahit) *sed ex canonum equitate decidenda erant, c. 2. X. h. t.* At genuina ratio in eo latitat, quod Canones præsumebant, in spiritualibus causis omnem calumniandi animum cessare, cum hic ageretur de iis, quæ Dei sunt, quem utique nihil latere, quemque nemo fallere potest; quæ spes tamen inanis fuit: nam & in causis spiritualibus frequenter calumnia committebatur, cit. *c. 1. §. ult. h. in 6. conf. PEREZ. ad C. h. n. 8. Dn. BOEHMER. in J. Eccl. L. I. Tit. XII. §. 21. seqq. & L. II. Tit. VII. §. 7. add. supra §. X.* In *matrimonialibus* autem nolunt vulgo *An in ma-* (vid. tamen MEV. *P. IV. Dec. 108* NICOLAI. *Proc. Judic. trimonia-* *libus?* *c. XXXIX. n. 13*) hoc juramentum admittere, sed adhortatio saltem ad litigantes præmitti solet, ut loco juramenti, an *Eydes statt*, promittant de veritate dicenda, cum *com-* *minatio.*

minatione, si postea compertum fuerit, aliter se negotium habere, quam quidem ab ipsis narratum sit, quod vel carcere, vel alia poena arbitraria graviter coerceri debeant. SETSER. *L. III. c. IV. n. 13.* LYNCKER. *Resp. CXVIII. n. 8.* MÜLLER. *ad STRUV. Ex. XVII. tb. 74. not. e.* Præsertim quoad uxorem, marito Iur. Cal. deferentem, obstarer reverentia marito debita, vid. *Resp. Facult. Francof. ap. B. STRYK. in not. ad BRVNN. Ius Eccles. L. II. c. XVII. §. 31. Verb. sufficientem cautionem p. 687.* Aliquando tamen, ob singularem calumniæ suspicionem, etiam in his causis Iur. Malitiæ præstandum est. MENOCH. *I. Præf. LXXXV. n. 3.* LYNCKER. *Comment. in I. Civ. Tit. de Iurej. §. 70.*

§. XIV.

*Iuratur
quoque in
causis cri-
minalibus.*

Quid autem dicendum de causis criminalibus, an & hic Juramento Calumniæ locus est? Hæc quæstio satis vexata est, cum in jure nostro expressis verbis haut sit decisa. Mihi ita videtur. Distinguendum est *inter accusatorem & reum*: hic non admittendus est (dummodo defensorem ipsius exceperis, vid. LUDOVICI *Peinl. Process, c. VIII. §. VI.*) ob præsentissimum metum perjurii, BRVNN. *c. XV. n. 15.* LAVTERB. *Tit. de Iurej. §. 85.* Judex autem, ut vulgaris regula habet, præcavere debet, ne personæ de perjurio suspectæ, Jusjurandum deferat, *c. 6. C. XXII. Qu. V. MEV. P. IV. Dec. 118. & P. V. Dec. 47.* Bene tamen *accusator*: per generalitatem textus in *l. 14. §. 1. C. de Iud. §. l. 2. pr. C. b.* ubi dicitur: *in omnibus causis, in omnibus litibus* hoc juramentum præstandum esse. Verba autem generalia restrictionem non admittunt. Generaliter dictum generaliter debet intelligi, EVERHARD. *Loc. Legal. V. num. 2.*

Enim

Enimvero qui omne dicit, nihil excludere videtur, vul-
 TEI. *de Iud.* L. III. c. II. n. 79. Neque lex distinguit inter
 causas civiles & criminales, ergo nec nostrum est distin-
 guere *l. 8. D. de publ. in rem act.* Quin olim quoque ac-
 cusatorem criminis jurasse, se non calumniandi causa no-
 men rei deferre, planum faciunt loca à SIGONIO L. II. *de*
Judic. cap. X. adducta ex LIVIO *Lib. XLIV.* COELIO *ad*
 CIC. & ASCONIO in *Corneliam*, vid. VVISSENBACH.
Comment. ad l. 21. pr. C. h. HEINECCIUS in Antiquit.
Rom. ad Inst. Lib. IV. Tit. XVI. §. 2. Quæ nostra senten-
 tia porro haud obscure probatur *ex c. 1. vers. præterea X. h. r.*
 Cum enim ibidem HONORIVS II. quosunque Clericos à
 præstatione tur. Cal. exceperit, adeo ut in nulla causa sive
 controversia, seu criminali, seu civili, hoc jusjurandum com-
 pellantur qualibet ratione subire, apparet sane, quod etiam
 in causis criminalibus hoc juramentum obtinuerit; nam-
 que alias non potuisset Pontifex remissionem hujus jura-
 menti Clericis specialiter indulgere: Admodum enim ri-
 diculum foret, ne dicam absurdum, & contra naturam
 formamque privilegii, alicui aliquid peculiariter & per mo-
 dum exceptionis indulgere, quod omnibus commune, o-
 mnibusque indultum est. Insuper constat, quod juramen-
 tum hoc propterea introductum sit, ut litigantium calu-
 mniæ via præcludatur. Nescio autem, an ullibi major
 calumnia, quam in causis criminalibus committi queat,
 ubi frivoli accusatores vitæ aut famæ aut bonis reorum in-
 sidias struunt: Quid igitur suadet, ut Jur. Cal. accusatori-
 bus remittamus? hoc enim nihil aliud esset, quam ad ma-
 litiam, quæ tamen in omni judicio longe abesse debet, in-
 vitare, & turpissimo huic vitio viam aperire. Seposita

E

enim

enim jurisjurandi religione, quilibet possit, absque ulla aut non sufficiente causa, ad accusandum provolare, & nemo fere ab accusatorum nequitia immunis esset. *Ergo quanto major est suspicio & periculum calumnie, eo minus locum habet hujus juramenti remissio.* MEV. P. III. Dec. 191. n. 7. conf. STRAVCH. *Dissert. Iustin XXVI. §. XI.* Denique causæ criminales neutiquam reperiuntur inter causas exceptas: quando autem nulla docetur exceptio, tunc à regula non est recedendum, BARBOSA *Lib. V. c. XXIII. Ax. 27.* Exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis. Consentiant quoque veteres glossatores IOHANNES, BVLGARVS, HVGOLINVS & AZO, vid. *gl. quicquam lit. f. ad l. 1. C. b. & gl. existimans lit. e. ad l. 21. C. de fid. instr.* quorum sententiam approbavit ipse Imp. FRIDERICVS in *Const. de incendiariis l. 5. feud tit. 10. Vers. si quis autem &c.* & vulgo Dd. recentiores BRVNEM. *l. c. FARINAC. in Prax. Crim. L. I. Tit. II. qu. XVI. n. 28. GOMEZ III. Resol. XII. n. 5. CRVSIVS de Indic. Delict. P. IV. c. XXIII. n. 1. BOCER. Class. VI. Disp. XVIII. n. 13. VVURMSER l. 1. tit. 14. Obs. 4. VMM. Disp. XII. n. 47. VULTEI. L. III. c. II. n. 79. seq. BERLICH. P. I. Concl. XXXI. n. 27. RVLAND de Commiss. L. II. c. XIV. n. 13. KLOCK. Tom. III. Consil. 191. n. 34. HARPPR. ad pr. 7. de publ. Jud. n. 13. MEV. P. IV. Dec. 108. STRUV. Ex. XVII. tb. 74. LYNCKER ad tit. D. de Jurej. n. 70. & Resp. CXLIV. n. 13. STRTK. *Diss. de Remiss. Jur. Cal. c. III. n. 92. DR. BÖHMER J. Eccl. Prot. L. II. Tit. VII. §. 7. LAVTERB. Colleg. Tit. de Jurej. §. 83.* eamque sententiam hodie receptam esse dicit GIPHAN. *ad l. 2. C. b. & nimis longum foret, integrum consentientium agmen in aciem producere.* CVIACIVS tamen *ad Nov. 49. RITTERSH.**

ad

ad Nov. P. IX. c. XIX. n. 12, MATTHAEVUS *de Crimin. Lib. Refutantur*
 XLVIII. Dig. Tit. XIII. c. VIII. n. 3. aliique in contrariam *dissentien-*
 sententiam abeunt. Ajunt enim in criminalibus sufficere *tes.*
 inscriptionem; deinde hic quaestionem esse de veritate, l.
 14. C. de Accus. & l. 11. D. de Act. rer. amot. non autem de o-
 pinione, ut fit in Jur. Cal. Sed neutrum stringit. *Non prius,*
 quia unum per alterum haut tollitur: Inscriptio &
 Jur. Calumniæ non sunt contraria; Vid. plur. VULTEIVS
 d. l. num. 81. Decantatur quoque regula, *quod super-*
flua in Jure non noceant. Futilis inferendi ratio est, actor
 ad similitudinem supplicii tenetur, ergo à Jur. Cal. speciali
 quodam privilegio exemptus est: Convenit enim, ut non
 solum similitudine supplicii, verum etiam hoc jurejuran-
 do calumniatores compefcantur. Imò sequeretur ex hac
 thesi, ne quidem in causis civilibus huic juramento locum
 esse, quoniam temerè litigantes etiam in hisce causis suas
 poenas patiuntur; quo tamen non obstante à singulis liti-
 gantibus Jur. Cal. exigendum est, vid. VMM. d. 1. Re-
 sponderi etiam potest, inscriptionis solemnitate exolevis-
 se, & Jur. Cal. in usum rediisse, MEV. P. IV. Dec. 108 n. 2.
 BOCHER. d. l. *Non posterius,* quia hoc Juramentum non
 de re ipsa, sed saltem de intentione agentis præstatur, ut
 nimirum constare queat, quo animo accusatio fuerit in-
 stituta, vid. LTNEKER Tit. de Jurej §. 70. adeoque leges
 adductæ non probant, quod probare debent. At vero
 cum accusationes criminum à privatis susceptæ, hodie ad-
 modum raræ & fere sine exemplo sint, atque ipse Magistra-
 tus *per modum inquisitionis* facinorosos persequatur; ra-
 rum quoque & fere nullum in causis criminalibus hujus
 juramenti apud nos usum esse, quisque per se facile intelligit.

§. XV.

In instan-
tia appella-
tionis.

Præstatur quoque hoc juramentum in *secunda instan-
tia*, sive *appellationis*, quo respectu vulgo audit *Juramen-
tum Calumnia de non frivole appellando*, ut est in *Rec. Imp.
ult. §. 118.* vel simpliciter juramentum appellationis, *der
Appellation-Eyd.* Sic enim in *c. 2. pr. b. in 6.* expresse con-
stitutum est: *In appellationis causa, quamquam in princi-
pali juratum fuerit, præstari jubemus calumnia juramen-
tum.* Conf. *l. 13. §. 12. D. de damn. inf.* Cum quo optime
convenit *Orq. Cam. P. III. Tit. XXXII. §. pen. ibi: unangeses-
hen, ob gleich solcher Eyd in erster Instanz auch gesche-
hen.* Add *Reformat Francos. P. I. Tit. XLII. §. 10.* Unde
appellantes ad præstationem hujus juramenti sese offerre
solent. Vid. *cit. R. I. §. 73. & 117. VFFENB. de Consil. Imp.
Aul. c. X. Sect. II. Subsect. II. p. 108. a. RODING. L. I. Tit.
XXVI. §. 70. & L. III. Tit. XXX. §. 86. Dn' LVDOLF. Com-
ment. de Jure Cam. p. 318.* neque enim actu hoc juramen-
tum præstant, nisi ad id per sententiam admissi fuerint.
LVDOLF. l. c. Equidem obstare videtur, quod causa ap-
pellationis una eademque sit cum prioris instantiæ, *l. un.
C. ne lic. in una ead. caus. tert. prov.* in una autem eadem-
que causa sufficit semel jurasse, *Auth. in isto C. h. t. & Nov.
49. c. ult. VULTEI. de Judic. L. III. c. II. n. 90.* Sed respon-
deo: licet una eademque causa sit, eademque personæ oc-
currant; intentio tamen agentis non semper eadem de-
prehenditur. Ponamus casum, alterum in prima instan-
tia absque calumnia egisse: Verum exinde non semper se-
quitur, quod in causa appellationis idem fiat, postquam
nunc ex Actis & re judicata de injustitia causæ suæ melius
potest esse instructus. *STRYK. in not. ad LAVTERB. Tit.
de*

de Jurej. p. 189. Verb. *Instantia*. BRVNN. c. XV. n. 17. & in
J. Eccl. L. III. c. V. §. 17. Ipsa experientia satis superque
docet, quot frivola & temerariae appellationes in Iu-
diciis nostris versentur, cumque appellatio debeat esse pra-
sidium innocentiae, degeneravit contra in praesidium ma-
litiae & iniquitatis, unde vulgatum illud: *si succumbo, ap-
pello;* atque proinde nulla ratio suadet, ut appellantes,
qui, cum in priori instantia victi sint, gravissima suspicio-
ne laborant, hoc juramentum remittamus. Accedit, quod
non minus in secunda instantia, quam in prima calumnia
committi possit. OBRECHT. c. VIII n. 11. Hinc in pleris-
que Germaniae Iudiciis optima ratione receptum, ut appel-
latio ad superius tribunal non admittatur, nisi appellans
Jur. Cal. praestiterit. MTNSING. *Cent. III. Obs. LVI.*
OBRECHT. *d. l. n. 12.* prout constitutum est in cit. R. I. §.
117. ibi: *Es soll das Jur. Cal. allezeit vor dem Unter-Ge-
richt vom appellirenden wirklich abgelegt, und nicht erst
bey unserm Cammer-Gericht zu praestiren anerbotten wer-
den.* Formula est: *daß er gänglich glaube und dafür halte,
daß ihm appellirens. Noth sey, und daß er solche appella-
tion nicht freventlich, noch zu Aufschhalt oder Verlänge-
rung der Sachen thue.* LVDOVICI *Civil-Proceß, c.*
XXXIII. §. 22. BRVNN. *Proc. Civ. c. XXVIII. n. 64.* Illud
autem notandum, quod saltem ab appellante, non vero
ab appellato hoc juramentum exigi queat. Siquidem ap-
pellatus praesumptionem juris ex sententia pro se habet, in-
deque à suspicione calumniae liberatur. BRVNN. *Proc. Civ.*
c. XV. n. 17. MEV. P. I. *Dec. 138.* & P. II. *Dec. 324.* *Tanta
enim est judicialis auctoritas, ut semper pro judice praesumi
debeat, donec contra ipsum legitime aliquid comprobetur*

c. 6. X. de Renunc. & pro his, quæ à iudice sunt gesta, præsumitur, quod omnia rite fuerint celebrata c. 23. X. de Elect. add. l. 2. C. de Offic. Civil. Jud. Quo casu tamen distinguendum est, utrum appellatus novis utatur exceptionibus, novisque allegationibus, ac in priori instantia; nec ne? Casu posteriori dicendum est, eum à præstatione Jur. Cal. immunem esse: non æque casu priori: eo ipso enim dum nova argumenta opponit, nec prioribus confidit, satis suspectus videtur: præsertim si forsan & aliæ circumstantiæ concurrant, quæ hujus juramenti repetitionem suadent. vid. R. I. noviss. §. 73. in f. MEV. BRVNN. ll. cit. RODING. L. I. Tit. XXVI §. 52. & L. III. Tit. XXX. §. 88 Dn. LVDOLF. Comment. de J. Cam. p. 253. Præstaturo porro Jur. Cal. in iudicio revisorio, indeque juramentum revisorium dici solet, cit. R. I. §. 125. LVDOVICI Civil-Process, c. XXX. §. 5. COCCEI. Diss. de Iudicio Revis. th. 35. & 36. Dn. LVDOLF. p. 327. & p. 318. ubi p. seq. 319, disquirat, an Jur. Cal. etiam præstandum sit, si restitutio petatur contra sententiam in contumaciam latam? Præterea in causa restitutionis in integrum: vid. Kayserl. Cammer-Gerichts gemeine Bescheid, d. 7. Jul. 1669. in Corp. Jur. Cam. p. 920. & d. 7. Jul. 1671. p. 924. ubi etiam formula juramenti exhibetur. Add MEV. P. IV. Dec. 53. pr. EISENHART Process. Instant. Restitut. in integr. c. VII. §. 25. & c. VIII. §. 19. BLVM. Proc. Tit. LXXXVIII. n. 7. quin & ex nonnullorum iudiciorum ordinationibus in causa supplicationis. vid. Fürstl. Braunschweig. Hoff-Gerichts-Ordnung, de an. 1663. t. 69. §. 9. Gotha'sche Process-Ordnung, P. I. c. XV. p. IV. Altenburg. Process-Ordnung, P. I. c. XV. §. 1. Ratio hujus constitutionis est, quod litigantes hisce legitimis remediis turpem in modum,

revisio-

restitutio-

supplicatio-

modum, & saltem ad protrahendam litem plerumque abuti soleant.

§. XVI.

(2) Sic & *Jur. Cal. speciale*, vel *Jur. Malitia ex va-* ^{(2) Obje-}
riis causis deferitur: & quidem vel ⁽¹⁾ à lege vel ⁽²⁾ ab ho- ^{ctum Jur.}
mine. A lege deferitur ei, qui ab adversario suo jusjuran- ^{Cal. Spe-}
dum judiciale (den Haupt Eydt) exigit. *l. 34. §. 4. l. 37. de*
Jurej. l. 25. §. 3 de probat l. 11. §. 1. de act rer amot. l. 9. C. de Reb.
Cred. Nov. Leon. 99 add. l. fin. C. de fideicom. §. ult. f. de fidei-
com. hered. Ordin. Curia Provinc. c. XXVII Eisenach. Proceß-
Ordnung, Tit. X. §. 7. CARPZOV. Proc. Tit. XII. Art. 1. n. 19.
 Ratio hujus rei est, ut pruritus atque temeritas deferen-
 di juramenti coërceatur, *ne tam prompte alacrique gressu*
ad deferendum jusjurandum litigantes prodeant: ut est in
cit. Nov. Leon. 99. sub f. atque proinde æquissimum sane est,
 ut deferens eadem jusjurandi religione, quam alteri injicit,
 ipse prior constringatur, *arg. l. 34 §. 7. D. de jurej. & l. 1. D.*
quod quisque jur. in alium stat. Unde hoc Cal. Jur. CON-
 TRARIUM jusjurandum vocatur à PAVLO *Lib. 2. Sent. tit.*
1. vers. 2. Conf. BITSCH. Comment. in Consuetud. Feud L. II.
Tit. XXXIII. §. 1. p. 586. vid. infra §. XXII. Referens tamen
non jurat de calumnia, l. 34. §. 7. de Jurej. CARPZ. Proc.
Tit. XI. Art. IV. n. 26. BERLICH p. 1. Concl. 31. n. 24. is verò,
 cui refertur, in Saxonia utrumque juramentum & calu-
 mnia & judiciale sibi relatum præstare debet, *Eisenachische*
Proceß-Ordnung, Tit. X. §. 8. Hinc formula pronuncian-
 di: *So ist Kläger den ihme referirten Haupt Eydt, nebst*
dem Eydt vor Befehrd, und also beyderley Eyde zugleich
zu schwöhren schuldig. LVDOVICI Civil-Proceß, c. XIX. §.
20. & 25 CARPZ. d. l. n. 29. quod extra Saxoniam secus, ubi
 hoc

hoc casu saltem juramentum judiciale præstandum est. LVDOVICI *d. l. §. 25.* add. BERGER. *Oecon. Jur. L. IV. Tit. XXV. §. VIII. not. 2.* Porro jurare debet, qui novum opus nunciat. *l. 5. §. 14 de nov. op. nunc.* qui postulat sibi caveri de damno infecto, *l. 13. §. 3 l. 12. §. 13. de damn. inf. l. 7 pr. eod.* qui petit editionem rationum, *l. 6. §. 2. l. 9. §. 3. de Ed. aut testamenti. l. 3. C. quem ad testam aper.* (vid. §. XXII. aut instrumenti. in casu *l. 21. C. de fid. instrum.* Sed vid. *Eisenachische Proceß-Ordnung, Tit. XIV. §. 1*) qui desiderat comparationem litterarum. *Nov. 73. c. 7. §. 3.* qui exigit quartam productionem testium, *Nov. 90 c. 4. Auth. At qui semel C. de probat. c. 15 c. 36. c. 55. X. de testib. & attest. LVDOVICI c. XV. §. 41. conf. l. 8. §. 5. qui satisd. cog. l. 15. ad exhib. l. 15. §. 1. de reb. aut. jud. possid. l. 1. C. de luej. propt. calumn. dand. l. ult. C. de quest.* A homine seu judice (qui nimirum vel ex officio hoc jusjurandum defert, vel delationem à partibus factam, sententia sua approbat juxta §. IX.) imponitur ei, contra quem militat singularis calumniæ suspicio: veluti protractionis, *Ord. Cur. Prov. c. XXIV.* aut quando quis post publicatas testium depositiones contra eorum personas vellet excipere *c. 31. de testib. GAIL. I. Obs. LXXXVII. n. 3.* aut tertiam dilationem petere. *MEV. P. V. Dec. 315. LVDOVICI c. XI §. 16.* Per ordinationem vero nonnullorum judiciorum demum in quarta dilatione Jur. Malitiæ exigitur: prout constitutum est in *der Eisenachischen Proceß-Ordnung, Tit. VI. §. 4.* Vel testes peregrinos & admodum remotos ad retardandam litem produceret, *Zürstl. Altenburgische Proceß-Ordnung, P. I. c. X. §. 22.* vel animo litem protrahendi interveniret, & processui ab aliis instituto se immisceret, *ibid. Tit. XII. §. 5.* vel leute-
rationem

rationem frivole interponeret, *cit. Tit. XII. §. 3. & Tit. XIX. §. 7. CARPZ. Proc. Tit. XVII. Art. I. n. 68. & P. I. Concl. XIX. Def. XXIX. n. 5. NICOLAI Proc. P. I. c. XXXIX. n. 8. conf. Reform. Francof. P. I. Tit. XXIV.* Sed hos singulos casus enumerare infinitum foret. Ergo regula tenenda: *quod Regula. Jur. Malitia toties deferri queat, quoties subest calumnia suspicio c. 2. §. 2. h. in 6. add. l. 13. §. 12. de damn. inf. GAIL. c. l. BRVNN. c. XV. n. 5. LAVTERB. Colleg. Tit. de Jurej. §. 39. Eisenachische Proceß-Ordnung, Tit. XII. §. 1. Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIV. §. 4. & 5. in qua materia multum dependet à circumspecti judicis arbitrio: vid. Eisenachische Proceß-Ordnung, d. l. MEV. P. IV. Dec. 164. Cæterum, licet Jur. Cal. generale præstitum sit, tamen & huic Jur. Cal. speciali locus est, d. c. 2. §. 2. MEV. P. III. Dec. 175. RAVCHBAR. P. I. Qu. XI. n. 5. LAVTERB. d. l.*

§. XVII.

Formam hujus juramenti absolvunt tempus, locus & Modus. De singulis sigillatim. 1) *Circa tempus distinguendum est inter Jur. Cal. generale & speciale.* 2) *Generale Forma illud, quod semel tantum super tota causa præstatum, mox ^{1) tempus} in principio litis exigitur, l. 2. pr. & §. fin. it. Auth. Hoc Sacra-^{2) Jur. Cal. generalis.} mentum C. b. t. Nov. 49. c. ult. c. 1. X. & c. 1. pr. cod. in 6. hoc est, statim post litem contestatam, nach der Kriegs-Befestigung, quam olim comitabatur, HYBER. ad J. Tit. de pœnem. litig. n. 2. idque manifesto probatur ex d. l. 2. pr. C. b. Verb. post narrationem & responsonem, seu post litem contestationem: ecquid enim L. C. aliud est, quam narratio actoris & responsio seu contradictio rei? Atque hoc ipsum tempus L. C. etiam in praxi antiquissima observatum fuisse, pro-*

F

se, pro-

se, prolixius demonstravit TANCREDVS de Ord. Jud. L. III. Tit. II §. 1. conf. Dn. BÖHMER. J. Eccles. L. II. Tit. VII. §. 3. Pariter dicitur in l. 14. §. 1. C. de Judic. patroni causarum, cum lis fuerit contestata, post narrationem propositam, & contradictionem objectam; juramentum present. Quibus optime respondet c. 6. X. h. t. ubi INNOCENTIVS III. ait: lite coram nobis plenissime contestata, fecimus calumnia juramentum ab ipsis procuratoribus utrinque prestari. Sicut & à Canonistis titulo: de L. C. statim titulus: de Jur. Cal. subjectus est. Conf. Ord. Cam. P. III. Tit. XXXII. §. 6. Verb. Und soll alsbald darauf r. Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIII. §. I. Pertinet enim hoc juramentum ad totam causam, causa vero demum post L. C. in judicium deducta esse censetur. GAIL. I. Obs. LXXXV. n. 1. Jurandum autem est intra terminum à judice præfiniturum, d. l. 2. §. 5. C. h. ibi: intra à judice statuendum tempus. Ubi simul elegans ista quæstio occurrit: num partibus dilatio, seu tempus ad deliberandum, eine Bedenkzeit, concedi debeat? quod ratione actoris vulgo negant. Si quidem actor, antequam agit, de causæ suæ justitia se informare, atque præparatus ad judicium venire debet: nam plane qui agit, certus esse debet; cum sit in potestate ejus, quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere, CAIVS in l. 42. de R. I. Ratione rei vero admittunt, vid. LAVTERB. Tit. de Jurej. §. 87. add. BARBOSA ad l. 2. §. 2. C. h. n. 8. GVTIERREZ. Pract. Quæst. L. I. Qu. LIX. VASQVIVS in Controvers. L. II. c. XXV. n. 33. BRVNN. c. XV. n. 26. Sicut nec procuratoribus terminus ad deliberandum denegandus est, KLOCK. Vol. III. Conf. 186. n. 8. ut se ex Actis de justitia & meritis causæ

num partibus tempus ad deliberandum concedatur?

causæ informare queant. Imo iudex ne quidem ratione actoris deberet esse difficilis, ne scilicet temere, aut in calore iracundiæ, sed animo satis deliberato hoc juramentum præstet. Quodsi enim tempus ad deliberandum denegatur, & actor statim sub poena non jurantis (de qua §. XXVI. & XXVII.) jurare compellitur, non absque ratione de levitate ipsius metuendum est. Etenim litigantes, quæ est hominum malitia & improbitas, malunt potius levitatem in jurando committere, quam per recusationem hujus juramenti animum calumniandi prodere, existimationi notam inurere, sibi que præjudicium in causa contrahere; In *Ord. tamen Cam. Ratisb. de a. 1508. Tit. III. §. 8. p. 35. Corp. Jur. Cam.* statutum est, ad præstationem hujus juramenti nullam dilationem esse concedendam. Interim magis expedit, si Jur. Cal. ante L. C. præstaretur, ad præcludendas exceptiones dilatorias forique declinatorias, (in quibus vulgo litigantes diverticula quærere solent) aliæque litis præparatoria, quæ ut plurimum ipsius contestationem maximopere impedire solent. Vid. *FRANTZK. ad tit. de Jurej. n. 56. BRVNN. c. XV. n. 20. STRYK. in not. ad LAVIERB. eod. tit. p. 189. Verb. ante L. C.* Accedit, quod ipsa L. C. ut plurimum sit campus apertus, in quo rei edere solent, malitiæ suæ documenta certissima, id quod eo liberius adhuc facere possunt, quia nondum Jur. Cal. præstiterunt, quo inter alia promittunt, se interrogatos veritate dicturos esse. Verba refero *Dn. BOEHMERI d. l.* Adeoque laudanda est praxis *Belgii*, ubi ante L. C. Jur. Cal. deferri solet, *GROENWEGEN. ad l. 2. C. b. n. 2. add. GIESEBERT. in Justinian. Harmon. Tit. de poena tem. litig. §. 1. n. 68. & 69.* Cui congruit *Ius Bavaricum*, ubi non so-

lum post L. C. sed & ante L. C. huic juramento locus est. Vid. Gerichts-Ordnung der Fürstenthümer Ober- und Nieder-Bayern de a. 1616. Tit. V. Art. XVII. Verb. Es soll ein jeder Kläger oder Antwortter solchen Endt für Gefehrde thun, es seye vor oder nach Befestigung des Kriegs. In cæteris tamen Germaniæ Judiciis, ipsaque Cam. Imp. adeo pie insistimus Juri Civ. ut nunquam ante L. C. hoc jusjurandum admittatur: unde si de facto contra fiat, totus processus nullus est; quod vitium nullitatis hoc demum modo tollitur, si Iur. Cal. post L. C. repetatur, GIESEBERT. d. l. n. 70. VMM. Disp. XII. n. 50. BLVM. Proc. Cam. Tit. LXXII. n. 22. Sed istam praxin non absque ratione impugnat I. SAM. STRYK. in *Diff. de Iur. Cal. remissione c. I. n. 70. seqq.* Cæterum ex doctrina Canonum non existit de substantia ordinis judiciarii, ut Jur. Cal. ab initio præstetur; hinc si de calumnia in primo litis exordio nondum juratum fuerit, poterit postea in qualibet parte litis jurari, c. 1. pr. b. in 6. conf. l. 2. §. fin. C. cod. & Rec. Imp. de a. 1654. §. 43. ibi: In welcherley Theil des Gerichts. Unde confectarium est, etiam usque ad conclusionem in causa hoc juramentum exigi posse. RAVCHBAR. P. I. Qu. IX. n. 10. SCACC. de Judic. L II c. I. n. 19. quin etiam post conclusionem in causa factam adhuc judici integrum est, juramentum istud ex officio deferre: idque præjudiciis firmant GAIL. I. Obs. LXXXIV. n. 6. VVURMSER. L. I. Tit. XIV. Obs. 3. A partibus tamen post factam conclusionem Iur. Cal. deferri nequit. BRVNN. I. Eccl. L. III. c. V. §. 18. VVURMSER, d. l. & L. II. Tit. XVII. Obs. 2. n. 7.

§. XVIII.

At vero in Iur. Cal. speciali aliter se res habet. Hoc ^{e) Jur. Cal. Special.} enim non solum post L. C. sed & ante L. C. admittitur. STRUV. Ex. XVII. tb. 72. STRAVCH. Dissert. ad Ius Iustin. XXVI. §. 10. Eisenachische Proceß-Ordnung, Tit. XII. §. 1. Reformat. Francof. P. I. Tit. XXIV. §. 4. & 5. Veluti super exceptione dilatoria, GAIL. I. Obs. LXXXV. n. 1. quoties nimirum subest calumniæ suspicio, juxta §. XVI. Imo CARPZ. P. I. Const. XII. Def. XXIII. n. 5. refert, quod is, cui iuramentum delatum est, ab adversario suo etiam post latam sententiam Iur. Malitiæ exigere queat, licet id antea non exegerit.

§. XIX.

2.) Progredimur nunc ad *locum*, in quo jubemur de ^{2) locus.} calumnia jurare. Regulariter iurandum est in loco iudicii, ubi contendimus, in der Audienz, oder Gerichts-Stube, quod in Camera servari tradit Dn. LVDOLF. in Comment. de Iure Cam. p. 441. pr. Idem statutum in der Eisenach. Proceß-Ordnung, Tit. X. §. 20. in Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIII §. 6. coram iudice pro tribunali sedente, l. 2. pr. C. b. verb. SS. Evangelii ante iudicem positis. Auth. Principales pr. eod. coram iudicibus, & §. 1. sub presentia Sacri Senatus. Idem dicitur in Nov. 124. c. 1. ibi: in presentia provincie, in qua degunt, cit. Auth. §. 4. ibique GOTHOF. lit. f. l. 2. §. 3. h. Nov. 124. c. 1. Dixi regulariter: nam ab hac comparendi necessitate quædam personæ excusantur ob infirmitatem, quales sunt senes, valetudinarii, debilitate confecti, l. 15. D. de Jurej. c. 8. X. de test. & attest. alix ob dignitatem,

etatem, quorsum pertinent *persona egregia*, *cit. l. 15.* Quinam vero ad hanc classẽ referendi sint, admodum difficile est determinare: Judicis erit, prudenter illud expendere, cum decisio hujus quæstionis ab ipsius arbitrio dependeat. MENOCH *de arbitr. jud. l. 2. c. 70. add. MEV. P. V. Dec. 237. & P. VIII. Dec. 369. n. 1. & 2.* Aliæ ob sexum, nempe *honestæ mulieres*, *d. Autb. §. 3. & l. 2. §. 1. C. l. t.* Scil. ob feminarum verecundiam, *pudoremque naturalem*, ut dicitur in *l. 14. C. de contr. stipulat. junct. l. 21. C. de Procurat.* Sed recte notat MATTHÆVS *de Judic. Disp. X. n. 44.* hanc exceptionem magis Italis quadrare, quam nobis, apud quos mulierem in publicum prodire, alienum non habetur à sexus pudore: Unde & apud nos hoc privilegium, sexus (nisi forte mulier *persona egregia* sit) cessat. Vid. OBRECHT. *c. IX. n. 23. 24. VMM, Disp. XII. n. 51. LAVTERB. Tit. de Jurej. §. 88.* Sufficit autem ejusmodi *personas domi jurare*, *coram officiis ad hoc à judice delegatis d. l. 25. l. 2. §. 1. C. b. & §. 2. cit. Autb. l. 12. §. 5. C. de Reb. Cred.*

§. XX.

3) *Modus.*
 *) *Jurandum est in persona propria.*

Ad modum refero *a) ut juretur in persona propria:* Nam in *l. 2. pr. b.* constituit Imp. *ut ipsæ persona principales hoc jusjurandum subeant.* Idque etiam in *§. 3. & l. 12. §. 4. C. de Reb. Cred.* ad absentem partem extenditur, ita nimirum, ut ne hæc quidem à personali præstatione Jur. Cal. immunis sit, sed in foro domicilii jurare debeat. Neque exceptio est in personis egregiis; hæc ipsæ enim domi jurare tenentur, *l. 15. D. de Jurej. (§. XIX)* Jure autem Can. ut & in praxi admittitur præstatio hujus juramenti in alterius animam per procuratorem speciali mandato instructum,

ctum, c. 7. X. b. & c. ult. eod. in 6. Idemque approbatum est in sapius citato §. 43. R. I. de a. 1654. Verb. Entweder in eigner Person, oder vermittelst eines Special-Gewalts durch dero Procuratores. Vid. STRYK. *Introd. in praxin. c. XII. §. 7.* BRVNN. *Proc. Civ. c. XV. n. 7.* Inde formula: Ihr werdet schwehren, in Krafft vorgebrachten Special-Gewalts, einen Eydt zu Gott und auf das Heil. Evangelium, in eurer Partheyen und Principalen, auch eure eigene Seele. *Concept. Ord. Cam. P. III. Tit. XXXVIII. p. 255.* Ut igitur Procurator rite recteque in animam principalis juret, requiritur *mandatum speciale*, eine besondere Gewalt und Befehl, GAIL. I. *Obs. LXXXIII. n. 2.* Etenim procuratorium vel mandatum generale, eine general-Gewalt, utut clausula de præstando Jur. Cal. expresse adjecta sit, non sufficit. BLVM. *Process. Cameral. Tit. LXXII. n. 10.* conf. GREVEN. *L. I. Concl. LXXXIII. Consid. I. n. 4.* sed insuper necesse est, ut & causa, super qua jurandum est de calumnia, nominatim in mandato exprimat. STRYK. *d. l. VMM. Disp. XII. n. 41.* HARPRECHT. *ad §. 1. f. de poen. tem. litig. n. 36. 37.* VASQVII *Controvers. L. II. c. XXV. n. 17.* MVLLER. *ad STRUV. Ex. XVII. tb. 17. lit. n. Not. I.* Ratio in aprico est. Scilicet constare debet ex certa mandantis scientia, & non perfunctorie aut ex consuetudine Notariorum clausulam: *Ad jurandum de calumnia*, mandato esse insertam. SANDE *L. I. Tit. IX. Def. I. add. R. I. ult. §. 43.* ibi: Damit ein jeder in Specie, was er schwehren solle, und sich vom Mäineyd und dessen Straffen desto mehr zu hüten wissen möge, so haben wir eine gewisse Form des Special-Gewalts begreifen, und den Inhalt des Eyds einverleiben lassen: quæ formula exstat in *Concept. Ord. Cam.*

c. l.

c. l. Sed in Camera quoad personam *Judæi* aliquid speciale occurrit, quod utique h. l. annotasse convenit. Nempe *Judæus* nullum juramentum, atque sic nee *Jur. Cal.* per *Christianum* Procuratorem præstare potest: unde necesse est, ut vel per se, vel per alium *Judæum*, speciali mandato instructum, de calumnia juret. *RODING. Pand. Jur. Cam. L. I. Tit. XXVI. §. 60. VVEHNER. Observat. Pract. voce: Juden. BLVM. Proc. Tit. XLVIII. n. 48. & 60.* Circumstantiarum tamen ubique ratio habenda, adeoque interdum *Judex* singulariter præcipere potest, ut *per ipsas personas principales* hoc juramentum præstetur c. 3. X. b. t. *OBRECHT. c. IX. n. 18.* Sed ob cauteriatas litigantium conscientias, qui, dum per alios jurant, se ipsos teneri haut putant, præstaret utique, si dispositio *Iur. Civ.* indistincte valeret. Summopere igitur commendanda est praxis *Saxonix*, ubi omne juramentum, in persona propria præstandum est, *CARPZ. Proc. Tit. XII. Art. I. n. 34.* idemque expressis verbis constitutum est in *Ord. Cur. Prov. Jenens. c. XXVII. §. Eisenachische Proceß-Ordnung, Tit. X. §. 20. Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIII. §. 6. nisi forsan litigantes peregre absint, ibid. §. 7. conf. GYNDLINGIAN P. IV. Obs. 3. Illustriff. Comit. HENRICI VI. Rutheni Diff. de jurjurando per procuratorem. Jenæ 1728.* 2) Ut juretur *adversa parte*, aut instructo ipsius procuratore *præsente l. 2. §. 1. 3. & 5. b. Nov. 124. c. 1.* Personæ egregiæ hic itidem non sunt exceptæ: quamvis enim, ut *§. præced.* vidimus, ipsis specialiter indultum sit, ut *Jur. Cal.* in loco judicii præstare non teneantur, sed domi jurare queant; id tamen non in absentia, sed præsentia alterius partis vel procuratoris ipsius, debet procedere, *l. 2. §. 1. C. b. Exceptio (sed ridicula)*
tradi-

a) adversa
parte præ-
sente.

traditur in cit. N. 124. c. 1. Scil. in muliere honesta, qua propter honestatem vite extraneis viris se monstrare non consuevit. Conf. l. pen. circa med. C. de contr. stipul. Imo generatim iudicis arbitrio relinquitur, ut ipse perpendat, utrum alterius partis praesentia necesse sit, nec ne? l. 2. §. 3. & 5. h. 7) Ut actor prius juret, postea reus, denique Advo-^{r)} cari utriusque partis, l. 2. pr. & §. 4. C. b. t. §. 1. J. de poen.^{prius iura- re debet,} tem. litig. In iudiciis duplicibus is prius jurat, qui prius ^{postea reus,} provocat l. 13. D. de Judic. SICHARD. ad l. 2. pr. C. b. n. §. ^{denique Ad- vocati.}

& 9. At vero in praxi hic ordo non servatur; nam qui adversario suo Iur. Cal. defert, sive actor sit, sive reus isti Iur. Malitiæ statim referri solet, VULTEI. de Judic. L. III. c. II. n. 68. MÜLLER. ad STRUV. Ex. XVII. tb. 73. not. a.) quod tamen admodum inepte fit. Siquidem hoc iuramentum defertur ex dispositione & præscripto legis: Jam vero juris vulgatissimi est, quod in delatione Juramenti legalis, exactio Iur. Cal. nullum locum habeat, vid. §. XXX. Deinde Iur. Malitiæ hoc casu nihil amplius continet, quam Iur. Cal. generale calumniandi animo haud esse delatum: At magis consultum foret, si itidem Iur. Cal. generale, quippe quod plura capita continet, latiusque patet, quam simplex Iur. Malitiæ, à deferente præstaretur, neque sic contra juris nostri dispositionem præstatio hujus iuramenti Cal. generalis alterutri parti tacite remitteretur, STRYK. l. c. §. 6. 9) ut juretur tactis SS. Scripturis aut Evangeliiis l. 1. 2) Adhiben- da sunt Evangelia. §. 1. l. 2. pr. b. l. 14. §. 1. C. de Judic. l. 20. l. 27. C. de Episcop. Aud. l. 7. §. 5. C. de Curat. fur. Nov. 8. tit. 3. Nov. 74. c. 5. pr. N. 124. c. 1. it. c. 9. C. I. Qu. 7. c. 20. C. III. Qu. 9. conf. Capitularia Regum Francon. ap. STEPH. BALVZIVM p. 384. Adhibentur Evangelia, ut nimirum jurantes, sacra tan-

G

gentes

gentes eloquia (ut vocantur in *d. N. 74.*) diligenter perpendant, quam grave sit perjurium committere, dum, qui jurat, sententiam plane horridam, sibi pronunciat, quod scilicet immensa Divini Numinis gratia, quæ ipsi in S. S. Evangeliiis exhibetur, privari, æternisque cruciatibus & pœnis se subijci velit, si sciens prudensque fallat: atque hinc recte dicuntur *scripturae terribiles l. 13. §. 4. C. de Iudic. STRTK de remiss. Jur. Cal. c. I. n. 22. BÖHMER. 7. Eccles. Protest. L. II. tit. XXIV. §. 14. sub f.* Vel ut litigantes admoneantur, se non tam judici quam Deo hoc juramentum præstare, seque non tam in humano, quam cœlesti iudicio, & quasi in *perenni Dei presentia* versari, ut est in *Nov. 90. c. ult. sub f. add. l. 2. §. 8. C. b. OBRECHT. c. X. n. 17. LVDOVICI Diss. de solemnibus jurament. c. I. §. II. conf. GVNDLINGIAN. P. IV. Obs. 2. §. 8. segg.* Huc quadrat etiam formula in Cam. Imp. recepta: *Ihr selt einen Eydt schwehren zu Gott und auf das Heil. Evangelium, Ord. Cam. P. I. Tit. LVII. cum segg.* Et quidem requiritur, ut Evangelia *tangantur*, *ll. cit.* scilicet vel tota dextra, vel duobus digitis primoribus, HENEL. *in Otis. c. XV.* quod itidem non absque ratione constitutum est: nam ex hac ipsa ceremonia major vis juramenti accedit, magisque id serium putatur, turpiorisque perfidiæ, cum is circumvenit, qui non tantum sermone, sed & actu corporali Deum in testem invocavit, STEPHAN. *ad Nov. VIII. n. 17.* In Episcopis singulare est, quod *propositis tantum, sed non tactis Evangeliiis* de calumnia jurent, *c. fin. X. b. conf. c. 9. C. XI. Qu. l. c. 13. C. II. Qu. IV. Nov. 123. c. 7. Nov. 137. c. 2.* idque ipsis honoris & reverentiæ causæ indultum videtur, ut *jurandum non eodem modo, quo alii, præstent.* HILLIG.

ad

ad DONELL. L. XXIV. c. XXI. Lit. Z. Aliam rationem sup-
 peditat DVAREN. Tit. de Jurej. c. XI. ubi scribit: *hoc non
 sine mystica ratione constitutum est; siquidem nostris Episco-
 pis, ut sunt mores seculi, sufficit juxta se posita habere Eo-
 angelia, etiamsi non legant ea, nec attingant quidem.* Com-
 para GVNDLINGIAN. l. c. §. II. seqq. Sed iste ritus ho-
 die fere exolevit: nobis enim solenne est, erectis digitis ju-
 rare. STRYK. de J. Sensf. Diff. VII. c. I. n. 25. & 39. v MM.
 Disp. XII. n. 52.

§. XXI.

Denique *) ipsa capita Jur. Cal. huc referenda sunt. *) *Capita
 Jur Cal.
 generalis.*
 Primum est, ut uterque juret, se credere quod justam cau-
 sam habeat: *Et actor quidem juret, non calumniandi ani-
 mo litem se movisse, sed existimando bonam causam habe-
 re: Reus autem, quod putans se bona instantia uti, ad relu-
 standum (h. e. ad contradicendum, seu defendendum) per-
 venerit l. 2. pr. C. b. l. 44. §. 4. D. famil. hercisc. §. 1. J. de
 poen. tem. litig.* Atque in hoc potissimum ratio formalis
 hujus juramenti consistit, quod scilicet medium teneat in-
 ter scientiam & ignorantiam, seu, quod sit opinionis. non
 assertionis, credulitatis non veritatis: *nam licet vera causa
 natura alia forsitan est, tamen quod quisque credit & exi-
 stimat, hoc est juramentum cit. l. 2. §. 2. h.* Interim negari
 nequit, quod etiam hoc juramentum sit veritatis & scien-
 tia. Scilicet est de veritate rectæ conscientia ac intentio-
 nis, qua citra calumniam litem instituo: de qua is, qui
 antequam agit, rem diligenter explorat, *plane certus esse
 potest l. 42. D. de R. I.* est autem de credulitate facti vel ob-
 ligationis in litem deductæ; atque hoc modo facillime re-
 solvi potest *d. l. 2. §. 2.* ubi jubentur tutores & curatores ju-
 rare

rare ex animi sui scientia, quæ alias ut obstans allegatur PICHARDVS ad §. 1. I. de poen. tem. litig. n. 32. & propterea necesse non est, ut cum CUIACIO L. I. Obs. 21. & GOTHOFR. ad d. l. 2. §. 2. not. p. pro scientia legamus: ex animi sui sententia. conf. HILLIG. ad DONELL. L. XXIV. c. III. Lit. F. MULLER. ad STRUV. Ex. XVII. th. 71. lit. 2. Not. II. RITTERSHVS. ad Nov. P. IX. c. XIX. n. 7. Hinc rectissime in Reformat. Francof. P. I. Tit. XXIII. §. 2. formula præscribitur: Ihr sollt schwehren, daß ihr glaubt, auch anderst nicht wisset, noch wehnet, denn daß ihr eine gerechte und aufrichtige Sache habt &c. Secundo: quod Iudicem non corruperit nec correpturus sit. Litigantes enim jurare jubentur, quod nihil penitus causa patrocinii iudicibus vel alii cuiunque personæ pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt, vel per se, vel per aliam mediam personam: exceptis his, quæ propriis Advocatis pro patrocinio præstant. Auth. Principales pr. Cod. h. Nov. 124. c. 1. 3) Quod nolit superfluum probationem exigere, sed eam saltem, quam pro veritate putat necessario exigendam esse, Auth. In isto C. b. t. & N. 49. c. ult. add. l. 1. pr. C. b. Jure novo insuper jure litigantes, 4) quod interrogati veritatem diffiteri nolint, nec 5) falsa probatione uti, veluti falsis testibus, instrumentis, aut alia probationis specie. Neque 6) dilationem retardandæ litis gratia petere, aut alio modo litem protrahere. Denique 7) quod velint à lite desistere, si in progressu ipsius animadverterint, causam esse improbam ac vitiosam. Vid. R. I. de a. 1654. §. 43. ibi: Es soll eine jede Parthey, wie auch deren Procuratores und Advocaten das Juramentum Calumniæ dahin zu erstatten schuldig seyn, daß sie nehmlich eine gerechte Sache zu haben glauben, was sie vor:

vorbringen und begehren, nicht aus Gefährde oder böser Meinung, noch zu Uffschub und Verlängerung der Sachen, sondern allein zur Nothdurfft thun, die Wahrheit nit verhalten, uff des Gegentheils Vorbringen oder Erzählung der Geschicht in allen seinen Umständen ohne Gefährde antworten, und so bald sie aus denen Beweißthumen oder sonst in progressu der Sachen befinden würden, daß sie eine unrechte Sach hätten, darvon abstehen und sich deren gänzlich entschlagen wollen. Hinc vulgares Versiculi:

*Illud juretur, quod lis sibi justa videtur,
Et si quaeretur, verum non inficietur,
Nil promittetur, nec falsa probatio detur,
Ut lis tardetur dilatio nulla petetur.*

Formulae exstant ap. STRYK. in Supplement. ad c. XII. *Introd. ad praxin.* CÖPPEN *Observat.* CV. n. 3. BOCER. P. II. *Disp.* XVIII. n. 10. LVDOVICI *Civil Process,* c. XIX. §. 44. J. *Christl. de VFFENBACH* in *Tr. de Jud. Imp. Aul. c. X. Sect. II. Subsect. II. p. 110.* Item in *Ord. Cam. P. I. tit. 65. & in Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIII. §. 2. conf. Dn. PARENIS* in *Different. Iur. Civ. & Reform. Francof. eod. tit. unde hoc labore superfedeo.* Præterea Advocati simile iuramentum præstant, scilicet *quod omni virtute sua omni- que ope, quod verum & justum existimaverint, clientibus suis inferre procurabunt: nihil studii relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi causa cognita, quod improba sit, vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes prudentesque liti patrocina- buntur: sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab hujusmodi communione sese penitus separantes.* Text. in l. 14. §. 1. C. de Iudic.

§. XXII.

*Capita Jur.
Cal. Specia-
lis.*

Ita se habet Jur. Cal. *generale*. *Spectale* Jur. Cal. quod vulgo *malitia* vocant, pro ratione materiae, in qua forsitan calumnia vel malitia speciatim subesse videtur, concipiendum est, habetque itidem peculiaria sua capita, quae plerumque huc redeunt, ut litigantes jurent, se nihil calumniae, aut litis differendae gratia proponere vel postulare, verum saltem ad juris sui tuendi necessitatem, daß sie dasjenige, so sie vorbringen und begehren, nicht aus Gefahrde oder böser Meinung, noch zu Verlängerung der Sachen, sondern allein zur Nothdurfft thun. Formula praescribuntur in der Fürstl. Eisenachischen Proceß-Ordnung, *Tit. XII. §. 8. Ordin. Cur. Prov. c. XXV. Reform. Francof. P. I. Tit. XXIV. §. 2. Ordin. Camer. P. I. Tit. 74. conf. CARPZ. Proc. Tit. XII. Art. 1. n. 15. LAVTERB. Colleg. Tit. de Jurej. §. 38.* Sic deferens Juramentum judiciale prius de calumnia jurare debet, *l. 34. §. 4. D. de Jurej. & l. 9. C. de Reb. Cred.* quod nimirum adversario suo non calumniae causa juramentum detulerit, daß er den Haupt-Eydt nicht gefährlicher Weise, sondern blos zu Beförderung der Sache deferiret habe. *STRYK. Prax. Forens. in Suppl. ad c. XII. LUDOVICI Civil-Process, c. XIX. §. 16.* Qui petit aperturam testamenti, jurat: Daß er die Eröffnung des Testaments nicht gefährlicher Weise, sondern wegen seines hierunter habenden Interesses suche. *BERGER. Oecon. L. II. Tit. IV. §. 19. not. I. Reliqua.*

§. XXIII.

*Finis Jur.
Cal.*

His igitur praemissis, jam facile constare potest *de fine* Jur. Cal. Finis nimirum hujus juramenti in eo consistit, ut temeritas atque malitia litigantium compescatur. *Ne scilicet*

licet homines facile ad litigandum procedant, sed temeritas tam agentium, quam eorum, cum quibus agitur, hac jurisjurandi religione coercetur, pr. *§ 1. J. de poen. tem. litig.* Ut Sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescatur, l. 1 pr. C. h. t. Ut lites non solum sed & calumniatores minuantur, l. 2 §. 8 eod. conf. Nov. 49. c. fin. & Nov. Leon. 99. Atque hinc recte vocatur Jur. Cal. maximum dirimendarum causarum remedium, d. l. 2 §. 8. vid. quoque l. 1 D. de Jurej. Ita quidem spes fuit atque intentio Imperatoris: sed, DIVE IVSTINIANE, in quantum spem tuam fefellerit eventus! Hodie enim, ut BALDVS loquitur in l. 24. C. de Evict. juramentum istud ne obulo quidem aestimatur, quoniam facti sumus contemtores Dei & religionis, & ZASIVS ait ad l. 3. §. 4. de Jurej. n. 6. Procuratores cum de calumnia jurant, non curant quid jurentur, perinde ac si cum cato aliquo jocarentur: & huc pertinet quoque notabile illud exemplum cujusdam Procuratoris, qui in agone mortis constitutus iterum iterumque exclamavit: O IVRAMENTVM CALVMNIAE! quod refert MINDAN in epist. dedicatoria Lib. I. de process. Unde est quod vulgo dicitur, nostra aetate magis de calumnia committenda, quam omittenda jurari. conf. ZIEGLER. Rabulif. c. VIII. §. 1. & seqq. Atque si hoc jusjurandum ad id saltem prodesse videretur, ut quotidiana calumniae quotidiano perjurio cumulerentur. Quæritur ergo, si ne prestatum sit, ut Jur. Cal. ex usu judiciorum & Rei publicæ? Non desunt enim, etiam magni nominis Jcti, qui non erubescunt scribere ex toto orbe terrarum istud juramentum eliminandum esse. Rationes eorum, pro incrustanda consuetudine Saxonum, qui Jur. Cal. generale (ut supra dixi §. VIII.) prorsus

Num con-
sultum sit,
ut Jur. Cal.
collatur?

prorsus abrogarunt, congeffit CARPZOV. P. I. *Consl.* XII. *Def.* XXI. *Prima* se fundat in levitate jurantium, perjuri-
 orumque frequentia. Lex vero non debet perjurii occasio-
 nem præbere, imo potius ubi subest perjurii periculum, ju-
 ramentum prohibere, *arg. l. 2. C. de ind. vid. toll. Nov. 94. c. 2. c. 3. de cobab. Cler. c. 6. de his, qua vi. Altera* est, quod
 ob religionem jurisjurandi pii litigatores (vid. VFFEN-
 BACH. *de Consil. Imp. Aut. c. X. p. 108. b.*) piique Advocati,
 utut justam causam habeant, foro potius abstinere, quam
 Jur. Cal. præstare velint. Denique *tertia*, quod Jur. Cal.
 speciale ad integritatem judiciorum conservandam satis sit.
 Sed singulæ rationes nullius ponderis, nullius momenti
 sunt. Nam *prima* ratio etiam contra Jur. Malitiæ con-
 cludit, & hic quidem majus periculum perjurii, quo ma-
 jor præsumtio calumniæ. BRVNN. *Proc. Civ. c. XV. n. 6.* imo
 sequeretur exinde, nullum juramentum admittendum esse.
 Deinde male dicitur, quod lex sit causa perjurii: hæc e-
 nim in hominum malitia. non in dispositione legis qua-
 renda est. Siquidem lex jusiurandum præstitum sancte
 servare iubet, periurium contra prohibet graviterque pu-
 nit. Quin & *legis ministri*, scilicet iudices, notandi veni-
 unt. Ecquis enim huius iuramenti violatores punitos vi-
 dit? Certe aut nunquam, aut admodum raro: adeoque,
cum malitiæ nihil indulgendum sit, l. 38. de Rei Vind. l. 3. C. per quas perf. nob. acqu. rectæ rationi magis consentaneum
 est, ut huius criminis rei iustis poenis potius coercerentur,
 (quo alii, hoc exemplo deterriti, minus delinquant. *l. 6. §. 1. de poen.*) quam ut in eorum gratiam hoc iuramentum tol-
 latur. conf. SANDE *l. 1. Tit. IX. Def. II. Ill. BÖHMER. Tit. D. de Jurej. §. 35.* Hinc admodum provide, & sapientissimo
 consi-

consilio constitutum est in *Visitationis* Abschied des Käyserl. Cammer-Gerichts, de a. 1713. Num. I. §. 59. exlat in *Corp. Jur. Cam.* p. 975. § Num. IV. §. 7. *ibid.* p. 994. In dem sich auch zugetragen, daß einige Advocati und Procuratores, mit Hindansetzung ihres Gewissens die Juramenta, zum Exempel Calumniae, Appellationis & restitutionis in integrum, und zwar ohne vorher gelesenen Acten abzuschwören sich unterstanden haben, als ergeheth an den Herrn Cammer-Richter, Präsidenten und Beyßigere der ernstliche Befelch, da eines begangenen Mäneyds halber genugsame Indicia vorhanden, die gemeine Rechte und Reichs-Satzungen mit aller Schärffe zu befolgen, auch befindenden Dingen nach gegen die Verbrechere ohne Ansehung der Persohnen mit würcklicher Suspension, Entsetzung Ambts und Ehren, zu verfahren, ja dieselbe wohl gar mit schwehrer Leibes-Etraff belegen zu lassen. *Add. Decret. Comm. Camer. d. 21. Mart. 1713. ibid.* p. 961. *Secunda* consistit in casu dubio. Qui bonam causam habet, is & bona conscientia Jur. Cal. præstare potest. At vero in bona causa, & jussu magistratus jurare nolle, non est pietas, sed superstitio, vid. l. 8. de *Cond. Instit.* cui superstitiosa pietati, c. 26. X. de *Jurej. satis* occurrit. *Enimvero jurare non est peccatum, sed pejerare, c. 3. C. XXII Qu. I.* Discat igitur pius litigator caute mercari, & antequam hoc juramentum præstat, in causæ justitiam diligenter inquiret, vid. l. 42. de *R. I.* ne aliquando conscientia dolorem sentiat, quin si demum durante conflictu animadvertat, causam suam esse improbam à lite potius desistat, quam mala & reclamante conscientia eandem prosequatur: prout idem quoque in formula Jur. Cal. speciatim promittitur, supra §. XXI n. 7. *Tertia* negatur. Nam

H

datur

datur etiam calumnia tecta, seu, ut BRVNN. *l. c.* loquitur, calumnia committi potest, ubi nulla tamen calumniae aut malitiae suspicio. Atqui non solum aperta & manifesta, sed & tecta calumnia integritatem judiciorum laedi, res ipsa loquitur. Sed de his fatiis. Placet saltem addere verba laudati BÖHMERI in *J. Eccl. Protest. L. II. Tit. V. §. 11.* ibi: *Sane postquam in Saxonia Jur. Cal. sublatum, postquam positiones exesse jussa sunt, mirum in modum malitia litigantium crevit &c.* conf. *Illustriss. ROCHI FRIDERICI, Comitis Linariae Diss. de jurisjurandi calumnia, moralitate, historia &c. Jenae 1729.*

§. XXIV.

Mem- Pergimus ad effectum. Alius autem effectus est, si
brum VI. Jur. Cal. praestatur: alius si recusatur. 1. *Effectus praestiti ju-*
Effectus qui ramenti in eo consistit, quod purget à suspicione calumniae
duplex est. seu malitiae, SERAPHIN. de SERAPHIN. in *Tr. de previ-*
1) vel pra- leg. *jurament. Pr. XII. MENOCH. I. Praef. §5. n. 4.* BRVNN.
stii Jur. c. *XV. n. 21.* Enimvero, qui in supremi Numinis augusto
Cal. & tremendo tribunali constitutus, divinae gratiae quasi renunciat, aeternisque poenis & cruciatibus se subjicit, si sciens fallat; ille, inquam, à suspicione calumniae longe alienus esse merito censetur. Oritur itaque praesumptio litem bona fide esse susceptam; hinc qui conditione furtiva rem, ceu à decessore subtractam, petierat ab heredibus, nec obtinuerat, per hoc juramentum ab animo injuriandi excusatur, ne lite illa finita injuriarum conveniri possit. Magnif. Dn. BECK. Praeceptor atque Patronus meus summo pere venerandus in *Diss. de legitimo juramentorum usu c. II. §. 3.* Hic tamen Dd. duo casus probe distinguunt, utrum nimirum aperte constet, jurantem calumniam, atque
 sic

fic perjurium commiffisse, an vero hoc aperte non conflet. *Cafu priori* litigantem tanquam perjurum puniri volunt, quod ex proposito peccaverit & pejeraverit: ajunt enim hoc juramentum purgare faltem à calumnia præfumta, non autem evidenti & manifesta, SETSER. L. III. c. VIII. n. 20. feqq. HILLIG. ad DONELL. L. XXIV. c. 3. lit. F. & recte, cum omnis præfumptio cedere debeat veritati. Pœna hæc perjurii dependet ab arbitrio judicis, vid. HARPPRECHT. ad §. 1. 7. de poen. tem. litig. n. 94. feqq. fed raro admodum in cafu præfenti infligitur: Unde POSTIVS fcribit in *Tr. de poffeff. summariff. Obs.* LXXXI. n. 32 *perjurium committens in Jur. Cal. non punitur in hoc, fed in alio feculo.* Conf. §. præced. XXIII. Cafu posteriori admittunt decifionem l. 2. C. de Reb. Cred. Deoque foli contentæ jurisjurandi religionis pœnam relinquunt. Non tamen liberat Jur. Cal. à præfatione *sumtuum litis propter temeritatem*, quæ quidem dolo carere, & cum bona fide coniuncta effe poteft, fed tamen culpam aliquam, feu inanimadvertentiam involvit, qua quis fine iufta, aut non fufficiente caufa, nec fatis adhibito confilio ad litigandum provolvit; atque hæc culpa plectitur expenfis. Nam refufio expenfarum non folum ob calumniam, cuius quidem fufpicionem Jur. Cal. regulariter excludit, verum etiam ob temeritatem quoque debetur, l. 79. pr. D. de Judic. ex quo confequitur, quod is, qui hoc iuramentum præftitit, nequeat propterea à reftitutione sumtuum litis *simpliciter* abfolvi, COVARRUV. *Qu. Præf. c. XXVII. n. 4.* LAVTERB. *Tit. de Jurej. §. 92.* BERGER. *Oecon. Jur. L. IV. Tit. XXII. §. 3. not. 6.* alias enim iure Iuftiniano, quod hoc iuramentum in omni caufa omni- que proceffu exigebat, nunquam potuiffet condemnatio in

expensas decerni. At vero contrarium luce meridiana clarius est, postquam constat, quod victus victori in expensas & sumtus litis condemnandus sit, *d. l. 79. pr. de Judic. l. 13. §. 6. C. eod. l. 4. C. de fruct. & lit. expens.*

§. XXV.

2) vel non
præstiti.

2) *Circa effectum non præstiti juramenti* notandum est, quod secundum doctrinam Juris Civ. ex ipsius omissione processus vicietur & nullus sit. DONELL. *Comment. Jur. Civ.* Liv. XXIV. c. 3. GVDELIN. *de Iure noviss.* L. IV. c. VIII. n. 20. HYBER. *ad tit. 1. de poen. tem. litig. n. 2.* FRANTZK. *tit. D. de Iurej. n. 62.* Cum enim præstatio Jur. Cal. simpliciter ad iudicium requiratur, per *l. 2. pr. & §. 4. C. b.* apparet sane, quod sit de substantia processus; hinc tuto inferre licet, quod neglecto hoc iuramento sententia subsistere nequeat, quoniam sic proceditur contra legis dispositionem & contra ordinem præscriptum: *Prolatam autem sententiam contra solitum iudiciorum ordinem, auctoritatem rei iudicate non obtinere, sed nullam esse, certum est l. 4. Cod. de Sent. & Interloc. conf. §. XXIX.* Aliud tamen dicendum de Jure Can. ex cuius sententia tacite omitti potest, quando nimirum ipse Judex, vel pars utraque illud omittit nec exigit: *non enim propterea iudicialis processus, alias factus legitime nullus est, nec etiam annullandus, c. 1. §. 1. h. in 6to* quod idem in tritura fori receptum est, vid. MEV. P. VI. Dec. 247 add *Reformat. Francofurt. P. I. Tit. XXIII. §. 1. & 4. B. PARENS in Different. I. Civ. & Reform. Francof. ad c. l.* Adeoque hodie duo casus distinguendi sunt. Aut enim exigitur Jur. Cal. aut non exigitur. Si non exigitur, tacite, ut modo dixi, omitti potest: Sin autem exigitur, tunc necessario præstandum est, alias per petitum sed neglectum

glectum Jur. Cal. processus vitiatur: nam, hoc respectu pertinet ad substantiam iudicii, GAIL. I. *Obf.* LXXXIV. HILLIG. *ad* DONELL. L. XXIV. c. III. *Lit. P.* LAVTERB. *Tit. de Iurei.* §. 91. RAVCHBAR. P. I. *Qu.* XI. n. 4. MULLER. *ad* STRUV. *Ex.* XVII. *tb.* 75. *Not.* IV. Unde vulgo dicitur, vim huius iuramenti esse *relativam*, h. e. necessitas eius ab hoc dependet, ut delatum vel exactum sit. *Compara* §. IX. *supra.*

§. XXVI.

Quoniam vero Jur. Cal ab actore, reo, eorumque procuratore seu advocato præstandum est, §. X. convenit iam, ut dispiciamus, quid iuris sit, si forsan hic aut ille iuramentum istud subire detrectet? In singulis diversus effectus deprehenditur. *Actor*, si in iurando contumax est, *habetur* ^{De contumacia actoris.} *pro calummatore, caditque ab instituta actione, & à iudicii limine repellitur, l. 2. §. 6. Auth. Principal. §. 5. C. h. t. Nov. 124. c. 1. in f. c. fin. §. fin. X. eod. conf. Reformat. Francof. P. I. Tit. XXIII. §. 3. præterea adversario suo expensas restituere tenetur, l. 79. pr. D. de Iudic. Reus autem habetur pro confes- rei. so, ll. cit. & l. 2. §. 7. b.* Ratio est, quia is, qui Jur. Cal declinat, malam conscientiam habere præsumitur: delatum enim iuramentum recusare, *manifeste turpitudinis & confessionis est, l. 38. de Iurei.* COTHMANN. *Vol.* IV. *Resp.* XXXII. n. 10. quæ ficta tamen confessio non procedit in causis spiritualibus, DESSEL. *Errorem Iur. Can.* I. II. *Tit.* VII. *qu.* 5. BRVNN. *J. Eccles.* L. III. c. V. §. 20 *sub fin.* Sicut nec eo casu, ubi quis iustam causam recusandi habet, BRVNN. *Proc. Civ. c.* XV. n. 26. HILLIG. *ad* DONELL. L. XXIV. c. III. *Lit. P. in f.* LAVTERB. *Tit. de Iurei.* §. 90. Interim hæc poena ipso iure non contrahitur, sed prævia demum sen-

sententia iudicis, *cit. Auth. Principales* §. 5. ibi: *per sententiam iudicis*, add. *l. 2. §. 6. in verb. cadat. it. §. 7. C. b.* Hoc autem ordine proceditur: quando Jur. Cal. exactum est, per sententiam interlocutoriam eventualem parti injungitur, ut illud intra certum tempus sub pœna non jurantis præstet; unde in Camera Imp. formula pronunciandi: Wird denen Appellanten und Appellaten, auch dero beyderseits advocatis, das Jur. Cal. abzuschwehren, Zeit 2. Monath pro T. & P. von Ampts wegen angefehrt, mit dem Anhang, wo sie solchem also nicht nachkommen werden, daß sie alsdann in pœnam non jurantium gefallen seyn sollen. *BLVM. Chilian Sentent. Cam. N. 197.* Elapso hoc termino, atque sic purificata sententia, jurare iustus habetur pro contumace, & sententia declaratoria subsequitur: nec declaratoria solum contumaciæ: sed & vel absolutoria vel condemnatoria, *MVLLER. ad STRUV. Ex. XVII th. 75. not. 7. LAVTERB. d. l.* Nimirum si actor in jurando contumax fuit, ferenda est sententia absolutoria, hoc enim casu reus ab instantia absolvi debet. Hinc ita pronunciari solet: In Sachen // Klägers an einem, entgegen und wieder // Beklagten andern Theils, erkennen Wir gestalten Sachen nach vor Recht. Nachdem Kläger das ihm injungirte Jur. Cal. anbefohlner Maßen zu erstatten, sich contumaciter weigert, er demnach von der Klage gefallen sey. Allermassen Wir solche Erkandtniß hiermit ergehen lassen, und Beklagten vor eingeführter Klage absolviren, auch die durch dem angestellten Proceß verursachte Kosten und Schaden demselben von Klägern zu erstatten, gleichwohl aufrichterliche Ermäßigung schuldig und fällig ertheilt. *B. R. W. vid. TABOR. Dec. CLV. n. 32.* Contra si reus fuit contumax, condemnatoria sententia ferenda est; nam actori juxta libelli petitionem

con-

condemnari debet, GAIL. I. *Obs.* 86. Ante hanc tamen sententiam definitivam mora adhuc purgari, & de calumnia jurari potest, *id. l. c. n. 3.* GRAEV. *Concl.* 86. n. 4. præstando tamen interesse, BRVNN. c. XV. n. 23. Notandum autem, quod hæc pœna non jurantis neutiquam ad heredes devolvatur, si nimirum contumax in jurando, antequam pœnæ declaratio subsequatur, forsitan decedat, hæredesque ad præstationem Jur. Cal. sese offerant, per regulam generalem: *quod poena ad heredes non transeat, quando ex dispositione legis, quis pro confesso habetur, arg. l. 29. pr. D. de l. fisci,* LYNCKER. *Tit. de Jurej. n. 62.* HARPPRECHT. *ad §. 1. J. de poen. tem. litig. n. 87. seqq.* VASQ. *Controv. L. II. c. XXV. n. 25.* Res satis clara est: etenim defunctus nondum condemnatus est, heres autem condemnari nequit, quia nulla ipsius contumacia. STRYK. *in not. ad LAVTERB. p. 320. Verb. transit.* Aliud foret, si post sententiam declaratoriam contumax obiisset; nam hoc casu pœna ista etiam ad heredes transiret, GRAEV. *Concl.* 86. *Conf. I.* Quid autem dicendum de *procuratore*, an forsitan hujus contumacia principali nocet? Circa hanc quæstionem variant Dd. Nonnulli illud affirmant. & perinde habent, ac si ipse Dominus jurare noluisse, ENGEL. *Colleg. Jur. Can. Tit. de Jur. Cal. n. 3.* alii vero negant: & hæc negativa sententia etiam vulgo recepta est. Vid. GAIL. I. *Obs.* 89. BOCER. Cl. VI. *Disp.* XVIII. *th. 15.* Etenim iniquum foret ob contumaciam Advocati totius causæ præjudicio multare principalem RODING. *Pand. J. Cam. l. I. Tit. XXVI. §. 64.* cum nemo culpa vel odio alterius prægravandus sit, c. 22. *de R. J. in 6.* Præterea decantatur Regula: *In causis poenalibus benignius interpretandum est, l. 155. §. fin. D. de R. J. c. 49. eod. in 6.* In

Camera

Camera Imp. hæc contumacia procuratoris pœna pecuniaria plectitur, quæ est una marca auri puri, ein *Marck löstigen Goides*. *BLVM. Proc. Cam. Tit. XXX. §. 64.* Idemque in *Consilio Aul.* obtinere, tradit *Auctor Prax. Imp. Aul. Tit. XXVIII. §. 21.* Nam quia temere litem contestatus est, convenit sane, ut hæc ejus negligentia pœna quadam coercetur. *GAIL. d. l. n. 4.* vid. tamen *BRVNN. Proc. Civ. c. XV. n. 25. & 26.* Alibi si Advocati jurare nolint, vetantur causam agere. *VVISSENBACH. ad l. 2. §. 6. C. b. GVDLIN. de Jure Noviss. L. IV. c. VIII. n. 19. LYNCKER. Resp. 189. n. 63.* Alibi pœna arbitraria puniuntur. vid. *J. Braunschweig. Hoff. Gerichts-Ordnung, Tit. XXXVIII. in f.* Pariter nec tutoris, item *oekonomi*, vel *administratoris* rerum Ecclesiæ aut Universitatis, detrectatio, pupillo aut universitati præjudicium afferre potest. *STRUUV. Ex. XVII. th. 75.* ibique *MVLLER. not. d. LYNCKER. Tit. de Iurej. th. 72. in f.*

tutoris
oekonomi
admini-
stratoris-

§. XXVII.

Idem effectus, quem obtinere vidimus in recusatione Iur. Cal. obtinet etiam in recusatione Iur. Malitiæ. Nam qui de malitia jurare detrectat, habetur pro confesso quoad illum articulum, super pro hoc juramentum exactum fuit. *GAIL. l. Obs. 87. n. 2. BRVNN. c. XV. n. 24. conf. l. 2. §. 7. C. b. l. 38. D. de Iurej.* Sic quando deferens juramentum judiciale (§. XVI) Iur. Malitiæ subire recusat, habetur illud pro præstito: *remittere enim juramentum videtur, qui de calumnia jurare recusat l. 37. D. de Iurej. Eisenachische Proceß-Ordnung, Tit. X. §. 8. add. Tit. XII. §. 7. LAVTERB. in Colleg. Titulo: de Iurej. §. 40. CARPZOV. Proc. Tit. XII. Art. l. n. 54.* Unde formula pronuntiandi: daß der von Beflaga
ten

Quid, si
Iur. Malitiæ
recusatur?

tem acceptirte Haupt. Eyd nunmehr in contumaciam pro
 præstato zu achten, dannhero wird Beslagter von der wie
 der ihn angestelten Klage billig entbunden. LVDOVICI Ci-
 vil-Proceß, c. XIX. §. 16. Sed quæritur, quid dicendum sit,
 si is, cui iuramentum hoc iudiciale delatum est, à deferen-
 te Jur. Malitiæ exegerit, postea vero cum deferens ad præ-
 standum Jur. Malitiæ jamdum in iudicio paratus sit, Jur. Ma-
 litia remittat, *contentus quasi voluntate suscepti iurisju-
 randi*, ut dicitur l. 6. D. de Iurej. deferens autem nihilo feci-
 us Jur. Malitiæ præstare velit, numquid admittendus sit? E-
 quidem pro affirmativa militare videtur, quod deferentis
 interesse possit, ut ad Jur. Malitiæ admittatur, scilicet ad evi-
 tandam suspicionem, quasi calumniandi causa iuramentum
 iudiciale exegerit. Sed rectius negatur. Enimvero iuramen-
 ta præter necessitatem non sunt præstanda. Adhæc Jur. Cal.
 hoc casu potissimum in favorem eius introductum est, cui
 delatio iuramenti iudicialis facta: iam vero expediti iuris est,
 quod favori pro se introducto quilibet renunciare possit. At-
 que sic in Iudicio Academico Jenensi pronunciatum esse, ha-
 beo ex relatione Dni PRAESIDIS. Pari ratione isti, qui
 dilationem petit (§. XVI.) & Jur. Cal. sibi propterea imposi-
 tum præstare recusat, dilatio non conceditur. *Ord. Cur. Prov.*
c. XXIV. Alii vero ob recusationem huius iuramenti *pæna*
arbitrariæ locum faciunt, GAIL. l. c. n. 1. STEPHAN. ad Nov.
 49. n. 42. Singulariter tamen statutum est in der *3* Eifensaz
 chischen Proceß-Ordnung, Tit. XII. §. 6. ut illi, qui per dela-
 tionem huius iuramenti se gravatum queritur, desuper ap-
 pellare integrum esse debeat.

§. XXVIII.

Restat, ut agamus de *contrario* huius iuramenti; illud-
 que

*Contra-
 rium.*

Remittitur
 Jur. Cal.
 vel expresse
 vel tacite.
 Deinde vel
 1) a lege, vel
 2) a iudice.

que consistit in ejusdem remissione. Remissio alia est *expresse*: alia *tacita*, de qua in §. seq. sermo futurus est. Deinde alia fit à lege, alia à iudice, alia à parte. 1) Remissio *legalis* est, quæ in ipsis legibus fundata, de qua materia supra egimus § XII. 2) à iudice autem fit remissio, vel *tacite* vel *expresse*. *Tacite*, quando ipse ex officio, (si nimirum exactiorem Iur. Cal. partes omisissent) illud non defert, vel delationem à partibus factam negligit. *Expresse*, quando delationem à partibus factam, sententia sua rejicit: id quod *παραδοξοι* videri possent. Sæpe enim dictum, quod Iur. Cal. sit de substantia iudicii, præfertim, quando illud à partibus exactum fuerit; adeo ut eo neglecto sententia ipso jure nulla sit, vid. §. XXV. Sed quis credat, Iudicis arbitrium ita *bono die* circumseptum esse, ut *pro ratione circumstantiarum* nequeat etiam *expresse* hujus iuramenti remissionem indulgere? Sicut nec in R. I. ult. §. 43. dicitur: quod ad instantiam partis Iur. Cal. necessario & indistincte deferri debeat, daß es der Richter darauf erkennen müsse, sed arbitrio ipsius relinquitur, num præstationem hujus iuramenti admittere, num rejicere velit. STRYK. *Us. Mod. tit. de Jurej. §. 31.* adeoque non sufficit, ut Iur. Cal. ab alterutra parte delatum, sed insuper requiritur, ut etiam à iudice approbatum sit. conf. DN. BÖHMER. *J. Eccl. Protest. L. I. Tit. XXXII. §. 49. & L. II. Tit. VII. §. 8.* Expertum habetur, quod sæpius absque ulla causa, meraque vexæ & libidinis gratia Iur. Cal. exigatur: huic itaque libidini circumspectus iudex frenum injicit, & non nisi eo casu, ubi iusta seu probabilis calumniæ suspicio adest, præstationem hujus iuramenti admittit. Hinc quando alter intentionem suam jamjam probavit, (nam probationis claritas excludit suspensionem calumniæ, КЛОСК. *Vol. III. Conf.*

186. n. 9. *seqq.* HILLIG. *ad* DONELL. L. XXIV. c. 3. lit. P. *sub*
f.) aut quando iustitia causæ satis notoria est, id quod ex
 Actis & adjectis documentis, itemque ex ipsa liti gestione
 facile constare potest, non concedit, ut conscientia liti-
 gantium superfluo iuramento oneretur, juxta tritum il-
 lud: *nemo superfluo iuramento onerari debet.* conf. STRTK.
Prax. Forens. c. XII. §. 4. siquidem non solum pejerando,
 sed & supervacuo jurando gravissime peccatur, dum hac
 ratione nomen divinum in vanum sumitur. MEV. P. VI.
Dec. 49. n. 5. Sicut ergo usus hujus iuramenti approba-
 ri; ita abusus eiusdem improbari convenit. Vid. *Resp. Fa-*
culat. Francofurt. ap. B. STRTK. in not. ad BRVNN. Jus
Eccles. L. II. c. XVII. §. 31. Verb. *sufficientem cautionem,*
n. 5. ibi: Das Jur. Cal. hat vornehmlich deswegen nicht
 Statt, weil es allen Umständen nach nur frivole und den
 Kläger weiter zu fräncken deseriret worden. Idem dicen-
 dum de eo casu, quando partes Jur. Cal. petunt in fine
 litis; adeoque inepto tempore, ubi forsitan calumnia jam
 satis superque commissa est. Quid, igitur iuvat iurare de
 calumnia non committenda, quæ iam commissa est? Po-
 tius enim præstandum esset vel ante L. C. vel cum ipsa L.
 C. vel statim post litem contestatam, vid. § XVII. nam re-
 spicit præsentia & futura, non autem præterita. Ergo: de-
 latio Jur. Cal. in fine litis facta, nihil aliud est, quam huius
 actus præposteratio, vid. KLOCK. *d. l. n. 12.* MEV. P. VI. *Dec.*
247. n. 6. §. 7. Vel quando hoc modo intendunt litem
 protrahere; iudicis autem est evitare ambages. MEV. *cit.*
Dec. 247. ubi refert quoque sententiam Iudicii Wismariens-
 is quod non solum præstationem huius iuramenti non ad-
 misit, sed etiam deferentem, qui magis ad protelandam li-

tem, quam ad necessitatem causæ illud exegisse videbatur, ob factam dilationem in expensas retardati processus condemnavit. Similem casum habet LTNCKER. in *Resolut.* 546. Ex quibus apparet, quod præstatio Jur. Cal. hodie ab arbitrio iudicis dependeat, vid. supra §. IX. sub f. hinc MEVIVS P. IV. Dec. 164. scribit: *nihil in iudiciis frequentius esse, quam exigi Iur. Cal. nec tamen à iudice injungi*, add. P. V. I. Dec. 387. LTNCKER. *Resp.* CLXXXIX. n. 63. Commendari itaque meretur nonnullorum Iudiciorum Ordinatio, qua deferens iubetur causas suspicionis breviter exponere, & simul arbitrio iudicis relinquitur, an propter eas Jur. Cal. locus esse debeat? quod de Ordin. summi Tribunal. Regii Wismar. refert. MEV. P. VI. Dec. 247. n. 2. & P. IV. Dec. 164. n. 10. conf. *Hinter-Pommer. Hoff. Gerichts-Ordnung, tit. 48. §. 6. Chur-Fürstl. Braunschweig. Ober-Appellations-Ordnung, P. II. Tit. VII. §. 1.* Pariter Dn. de VFFENBACH in *Tr. de Consilio Cesar. Imper. Aul. c. X. Sect. II. Subsect. II. p. 108.* testis est, quod in hoc augusto Iudicio tunc demum Jur. Cal. imponatur, si appellatus id exigat, iustasque causas factæ delationis proferat. Quibus convenit doctrina LTNCKERI, *Cent. VI. Dec. 585. & Cent. XIV. Dec. 1302.* quod Iur. Cal. nequeat hodie imponi, nisi quis de calumniis suspectus arguatur. De *Jur. Malitiæ* pariter dicendum, quod à iudice ex officio remitti queat, si ipse perspexerit, perperam illud delatum esse. MEV. P. IV. Dec. 164. LTNCKER. *Resp.* 189. n. 63. Rem exemplo illustrat Dn. BÖHMER. in *J. Eccles. L. II. Tit. VII. §. 9.* quorsum, dum brevitati studeo, lectorem remitto.

§. XXIX.

Denique 3) *ab ipsis partibus* hoc iuramentum interdum remittitur (potius omittitur) sed *tacite saltem*, quando

De Jura-
mento ma-
litiæ.

3) *vel a*
partibus.

do nimirum neuter litigantium illud exigit: idque ius Pontificium introduxit, c. 1. §. 1. b. i. libr. 6to ubi dicitur: *tacite illud omitti posse, nec propterea iudicalem processum nullum esse, nec etiam annullandum*, vid. §. XXV. Non autem *expresse*, veluti per pactum & conventionem: hinc Jus Can. non absque ratione utitur verbo *omittere*, & *adv. tacite*, eoque ipso expressam remissionem prohibet. Ratio diversitatis est, quod remissio expressa occasionem daret calumniis: namque partes hoc casu de præstatione Jur. Cal. satis securi sunt. At vero si Jur. Cal. ab initio tantum omissum nec exactum fuerit, semper timere debent partes, ne quando durante processu exigatur, quia hoc iuramentum, si in exordio litis omissum sit, *in qualibet litis parte deferri potest* (§. XVII.) ENGBL. Colleg. J. Can. L. II. Tit. VII. n. 4. Deinde ex l. 2. §. 4. C. b. apparet, quod Jur. Cal. non solum *pro commodo privatorum* introductum sit, ubi valeret Regula: *Juri pro se introducto quilibet renunciare potest*, l. 29. C. de pact. l. 41. de Minor. Sed primario pro comodo publico. Ita enim Imp. in cit. §. 4. *Non pro commodo privatorum, sed pro communi utilitate presentem legem posuimus*, scilicet ne iudicia calumniosi litibus inquinentur, *utque homines ad litigandum non facile procederent*, pr. J. de poen. tem litig. cum nihil sit, quod concordiam & civium inter se consensum magis turbet, fortunasque eorum magis exhauriat, quam litium multitudo & frequentia. *Ius publicum autem* (quod scilicet concernit utilitatem publicam) *privatorum pactis mutari non potest*, l. 38. l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. D. de pact. l. 45. §. 1. de R. I. præsertim, cum talis conventio (ut modo dixi) invitare posset ad calumniandum, atque sic turpe factum contineret, contra cit. l. 27. §. 3. & 4. l. 17. pr. D. Commod. l. 1. §. 7. Depos. l. 5. §. 1. de pact. dotal. Præterea pertinet hoc iuramentum ad ordinem iudicii

(*dict.* §. XXV.) & secundum regulas Iur. Civ. in omni causa, & à singulis litigantibus præstari debet: ex quo consequitur, quod ab arbitrio aut conventionione partium haut dependeat, numquid illud præstare, an remittere velint? namque dispositio legis non subest placito partium, unde hoc casu locum habet decisio JCTi in *l. 28. pr. D. de pact. contra juris civilis regulas pacta conventa rata non habentur*. Add. *l. 6. C. eod. l. 5. C. de LL.* Quin & ipsius iudicis interest, talem remissionem non admittere, ne scilicet causis frivolis atque calumniosis nimis divexetur, litesque in infinitum augeantur. Enimvero *ad officium iudicis pertinet, lites* (quocunque modo) *diminuere l. 21. D. de Reb. Cred.* Atqui Iur. Cal. *maximum est dirimendarum causarum remedium l. 2. §. 8. C. b. (§. XXIII.)* His positis tuto infertur, quod iudex nihilominus Iur. Cal. exigere queat, licet partes præstationem ipsius pacto sibi invicem remiserint. Vid. GAIL. I. *Obs. 85. n. 2.* OBRECHT. *c. XI. n. 8.* FELTMANN. *ad l. 38. D. de pact. n. 3.* Idque ampliamus porro, ut de I. Civ. ne tacitæ quidem remissioni locus esse debeat, per *l. 2. §. 4. C. b.* ubi Dd. per *collusionem & dissimulationem*, nihil aliud intelligunt, quam remissionem tacitam, VVESENENB. *ad C. b. n. V. HILLIG. ad DONELL. L. XXIV. c. III. Lit. P.* Pertinet enim simpliciter ad ordinem & substantiam iudicii (§. XXV.) vultque Imperator absolute, in *l. 2. pr. h. neque auctorem neque fugientem litis exercere certamina, nisi hoc sacramentum præstent*, & in §. 4. constituit: *iudicem non debere pati, ut tale sacramentum remittatur, sed omnimodo hoc & ab actore & à fugiente exigere.* Ergo cum Iur. Cal. inter iuramenta legalia referatur: Iudex non debet expectare delationem partis, sed proprio motu illud exigere tenetur, si vel maxime à litigantibus non delatum sit; ne scilicet sanctio IVSTINIANA deludatur, & præstatio hujus iuramenti arbitrio
liti-

litigantium relinquatur. Hæc est dispositio legis, qua judex nec mitior nec durior esse debet, *arg. l. 11. pr. D. de pœn. l. 8. §. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. Nov. 82. c. 10.* Namque illud omnino observare debet judex, *ne aliter judicet, quam legibus, aut constitutionibus proditum est, pr. I. de offic. jud. quippe legum minister, non magister est, tenereturque non de legibus judicare, sed secundum leges, c. 3. Dist. IV. add. cit. Nov. 82. c. 13.* Quod una via prohibetur, altera rursus non est permittendum, ne fraus fiat legi, *c. 84. de R. I. in 6.* Taciti & expressi eadem ratio; neque lex distinguit inter remissionem tacitam & expressam, ut ergo nec nostrum sit distinguere, *l. 8. D. de publ. in rem act.* bene tamen utramque remissionem rejicere.

§. XXX.

At vero opposita ratio est in *Jur. Malitiæ*. Superius *De Jur. Malitiæ* enim §. XVI. in fin. regulam tradidi, quod hoc juramentum non nisi eo casu, ubi justa & probabilis calumniæ suspicio adest, præstari debeat. Hæc igitur si cessat, cessat etiam jurandi necessitas; indidemque recte colligitur, quod *Jur. Malitiæ* in tota causa absque vitio nullitatis omitti queat, atque a solo arbitrio judicis dependeat, *vmm. Disp. XII. n. 43. MEV. P. IV. Dec. 164. LYNCKER. Resp. 189. n. 63.* Sic cum in judicem legesque non cadat calumniæ suspicio, par est, ut in juramento a judice vel lege delato, exactio *Jur. Malitiæ* nullum locum habeat, *STRUV. Ex. XVII. th. 46. MEV. ad J. Lubec. L. V. Tit. VIII. Art. II. n. 13. S. Eisenachische Proceß-Ordnung Tit. X. §. 7. pr. veluti si imponatur juramentum suppletorium, CARPZ. P. I. Const. XII. Def. XXV. aut purgatorium, Id. l. c. & P. III. Crim. Qu. 116. n. 72. seqq.* Vel si quis exigat *Jur. diffessionis, Eisenach. Proceß-Ordnung, Tit. XIV. §. I. MEV. P. VII. Dec. 281. aut juratam specificationem, ob non confectum inventarium, Id. P. VI. Dec. 216. CARPZ. P. I. Const. XII. Def. 26.* Aliud dicendum, si confecto inventario actor in illo quid omissum dicat, atque propterea heredi juramentum

defe-

deferat; sane enim hoc casu nullum dubium est, quin ab actore Jur. Malitiæ exigi queat, scil. ob præsumtionem pro inventario militantem, CARPZ. *d. l. n. 5.* NICOLAI *Proc. Judic. c. XXXIX. n. 14.*

XXXI.

Affine
Jur. dand.
& respond.

Affine est Juramentum dandorum & respondendorum: nam perinde ut Jur. Cal. ad integritatem judiciorum integram servandam tendit; potissimum vero, ut obscura & confusa, seu generalis litis contestatio præcaveatur, vel declaretur. Siquidem actor (vulgo *der Ponent*) positiones seu articulos suos exhibet, mediante *juramento dandorum*; ut hoc pacto falsa narratio & iniqua petitio præcludatur: reus autem (*der Ponat*) mediante juramento respondendorum respondere tenetur, ne forsan per meram malitiam neget, quæ deberet affirmare, affirmerque, quæ deberet negare: quod ipsum arctissimam conjunctionem quæ inter Jur. Cal. interque jur. dand. & resp. intercedit, satis superque probat. In Saxonia autem hoc juramentum exulat, cum ibidem specialis & categorica L. C. semper requiratur, exclusis omnibus ambagibus, LUDOVICI *Civil-Process c. XIII. §. 6. 10. cum seqq.* CARPZ. *P. I. Const. X Def. I. & IV.* Sed de hac amplissima materia multa adhuc dicenda forent, ni instituti ratio hoc prohiberet. Id saltem addo, quod malum doctorem agat RICHTER. *Dec. CXIX. n. 15.* ubi asserit, quod præstito Jur. Cal. generali, juramentum dand. & respond. nequeat exigi. Nam quemadmodum, præstito licet Jur. Cal. generali, Jur. Cal. speciale non excluditur, (§. XVI. *sub f.*) ita nec juramentum dand. & respondend. vid. MEV. *P. III. Dec. CLXXV.* DN. BÖHMER. *in J. Eccles. Prorest. L. II. Tit. VII. §. 2. in f.* utriusque enim juramenti eandem indolem, eandem rationem esse, ex dictis satis apparet.

F I N I S.

✻ (*) (✻



ULB Halle
003 939 359


3



Sb.







DISSERTATIO IVRIDICA
DE
IVRAMENTO CALVMNIÆ

6
1

Vom
Syndt vor Gefährde.

QVAM
SVPREMI NVMINIS AVSPICIIS
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

WILHELMO HEINRICO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAE, ET RELIQVA,
COMITE ETIAM SAYNAE ET WITGENSTEINI.

1912

PRÆSIDE
IO. ERNESTO FLOERCKIO,

I. V. D. COMITE PALATINO CAESAREO, PROFESSORE IVRIS PVBLICO,
CVRIAE ITEM PROVINCIALIS SAXONICAE ADVOCATO ORDINARIO
ET ACADEMIAE SYNDICO

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO OMNI HONORIS
ET OBSERVANTIAE CVLTV AETERNVM PROSEQVENDO

IN ALMA SALANA

PRO ILLVSTRI ICTORVM CATHEDRA

AD DIEM XI. APRIL. M DCC XXXI.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVMITTIT
AVCTOR

IO. HEINRICVS KLOTZ, LL. CVLTOR,

LANGENVRGO-HOHENLOICO-FRANCVS.

LENÆ, LITTERIS HORNIANIS.